

nomen eius adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur. Itaque per primam tonsuram Clericus non destinatur, imò aggregatur, & adscribitur Clericali militia, ut illic patet, & in Constitutione Sixti V. *Sanctum, & salutare*, ibi, Clericali militia adscribere; & scripti plenius in cap. *Cum percussio*, in 3. notab. infra, de Cler. egrot. Quibus statibus retorquetur argumentum Archid. Nam si Clericus per primam tonsuram efficitur propriè miles cælestis, habere debet propria stipendia, & consequenter stipendii signa, id est characterem.

130 Preterea est satis infirma illa ratio interpositionis mediæ à statu ad statum; imò enim videmus à statu colubatus quem transire passim ad conjugalem, etiam non precedentibus sponsalibus. Quod iure fieri potest secundum opinionem glossæ quam dicit veriore Bald. in l. 1. ff. *De sponsal.* & in aliis pluribus etiam nullo medio interposito. Accedit, quod in baptisate & professione congrue interponitur medium Catechismi, & Novitatus, quia à baptisate, & professione postea non licet retrocedere absque hæreticis, vel apostolicis nota; idemque contingit in matrimonio vivente uxore. At à minoribus ordinibus licitus est reditus ad statum laicalem, ut patet in seq. respon.

Responderi etiam potest ad argumentum Durandi, & aliorum, ut dicemus infra in responsione ad ultimum, num. 133. Porro ad principium noni argumenti omnimodò respondere, quia nihil concludit, & fortè intentio Archidiaconi fuit arguere ad eum modum, quo dictum est in duodecimo argumento pro sententia Theologorum numero 31. ad quod responsum est supra in nono fundamento numero 85, & in quarto fundamento numero 69, vers. *Preterea in Sacramento.*

131 Ad decimum abundè responsum est supra in decimo octavo fundamento pro hac sententia, & in responsione ad quintum.

Ad undecimum similiter responsum est in eodem decimo octavo fundamento, num. 110, vers. *Nec refragatur.*

Ad duodecimum itidem est responsum in nono fundamento Et doctrina Ioan. Monach. refellitur à Ioann. Andr. ut diximus in quarto fundamento, numero 69, vers. *Preterea in Sacramento.*

Ad decimum tertium responderetur negando consequentiam, quia etiam à reliquis Minoribus ordinibus potest Clericus, dummodo non sic in facis constitutus, retrocedere, & uxorem ducere, ac pro laico se gerere, & exuere se ipsum omnibus privilegiis Clericalibus, ita ut amplius non dicatur Clericus, ut habetur in cap. *unicus, de bigam.* lib. 6. cap. 1. de Cler. coniug. eodem lib. cap. *Ioannes*, cap. *Cum alius*, infra eodem tit. c. 1. de vit. & honest. Cler. lib. 6. & in Clem. 1. ead. tit. & ita responderet Præp. in cap. *Cleros*, num. 4. vers. *Nam per hoc non concluditur quod non sit ordo, 21. dist. 11.*

132 Ad ultimum, id est ad ponderationes ex decretis Concilii Tridentini desumptas, responderi potest sanctam Synodum noluisse diffinire hanc controversiam inter Theologos, & Canonistas an Tonsura sit ordo Sacramentalis nec ne, fortè quia id necessarium, aut expediens non pr-

tavit. Et propterea Tonsuram diffinivit ab aliis minoribus: nam cum multa statuenda essent circa primam Tonsuram, oportuit illam nominatim exprimere; alioquin si illa non expressisset, sed tantum meminisset minori ordinum. Theologi dixerunt Tonsuram non comprehendere, quia non est ordo; Canonice contra dixerunt comprehendere, quia ordo est. Quod si Concilium sub ordinibus Minoribus intellexisset, comprehendere Tonsuram, probasset sententiam Canonistarum, si intellexisset illam non comprehendere, probasset sententiam Theologorum. At neutrum præstare voluit, fortè ne condemnaret sacros Theologos, auctoritates Canonistas, Ergò necesse habuit de illa nominatim loqui, & eosim ab aliis quatuor ordinibus. Et hinc licet tantum inferre, ut Concilium non declaraverit Tonsuram esse ordinem, non tamen licet inferre ut declaraverit oppositum; & hoc intendit. Sac Congregatio domi dixit Tonsuram à Concilio non haberi pro ordine, id est Concilium non diffinivisse Tonsuram esse ordinem; & idè illam non comprehendisse minorum ordinum appellatione, & certè si Concilium hoc diffinivisset, Congregatio ejusdem Concilii interpres non declararet in Clericali tonsura imprimi characterem, prout declaravit eundem ea, quæ diximus num. 118. Et ad decretum, cap. 17. *sess. 23.* responderi potest idè rōd Concilium iussisse in Ecclesia restitui ordinis functiones Diaconatu utique ad Oltariatum duntaxat, quia fortè munus Clericorum primæ tonsuræ, videlicet: canendi psalmos, & divinas Laudes, nunquam fuit in Ecclesia intermissum, & propterea nec Presbyteratus nullam fecit mentionem. Vel certè non meminit primæ tonsuræ propter rationem superius expressam, quia non fuit de decidere quæstionem Theologorum, & Canonistarum, licet decidisset, si declarasset tonsuratos habere certum ministerium in Ecclesia. Qui intellectus non absolute deprehenditur ex varietate loquendi, quæ usæ est. S. Synodus de clericali Tonsura: nam est alibi usæ fuerit illis verbis, prima tonsura ininitatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, ut in cap. 6. *sess. 23.* quæ videntur magis probare sententiam Theologorum ut tonsura non sit ordo: tamen alibi loquuta est per alia verba, quæ magis favere videntur contrariæ Canonistarum sententiæ, ut patet. *sess. 21. cap. 1. ibi*, Pro collatione quorumcumque ordinum, etiam clericalis tonsuræ. Quæ verba satis clarè innunt tonsuram esse ordinem sacramentalem. Quandoquidem illa dictio etiam quamvis exprimat casum æquè, vel magis dubitabilem; tamen est implicativa precedentium, Clem. 1. & ibi Card. in 1. notab. de testamen. Bart. in l. *Suus queque*, num. 4. ff. *De hered. instituen.* Alex. *conf. 116. Animadversis*, num. 14. lib. 2. Unde quemadmodum si quis legaret libros; etiam equum, oratio esset inepta: quia librorum appellatione equus non continetur, & dictio, etiam non retineret propriam naturam quæ est implicare, ut notat Calderin. *conf. 223.* An per istam formam, in fin. aliis 4. de præben. Eodem modo inepta esset oratio pro collatione quorumcumque ordinum etiam clericalis tonsuræ, si tonsura sit nomine ordinum non comprehendetur.

133 Ad auctoritatem verò cathedra Romani responderi potest, ex eo quod dixerit primam tonsuram esse præparationem ad ordines, non rectè inferri ut non sit ordo; Siquidem unus ordo ad alium superiorem preparat, & disponit, & ita respondet Vasquez in 3. part. D. *Thoma* tom. 3. *diffinit. 236. cap. 1. num. 4.* adiciens propterea hanc rationem præparationis, seu dispositionis ad ordines valde infirmam esse, quemadmodum nec licet inferre, Tonsura clericalis est aditus ad sacramentum Ordinis; ergò non est sacramentum: nam & Baptismus est janua omnium sacramentorum, S. *Verum*, 32. d. ff. cap. 2. *de cognat. spirit. lib. 6.* & tamen impius esset hinc deducere, ergò Baptismus non est sacramentum. Facit quia aditus est anterior pars domus, leg. 1. *§. ff. si quis fruct. pet. Bart. conf. 109.* *Factum tale est*, numero 2, lib. 2. Alber. in *distinctione*, in ver. *aditus*, & si aqueductus debeatur prædicto, debentur etiam fistule, per quas aqua ducitur, l. *Si aqueductus*, ff. *De contrab. empti & appellatione domus etiam ostium continetur*, l. 1. ff. *De Cloac. cum concord.* de quibus ibi per Bart. num. 1. Oltariatatus verò non dicitur in Catechismo primus gradus impliciter, sed post primam tonsuram, & sic respectu sequentium secundum ea, quæ dixi supra num. 119.

134 Ad extremum quamvis Card. Turrecrem. citatus supra num. 43. conciliando opiniones dixerit Canonistas accipere nomen Ordinis largè, & improprie; tamen his verbis eò tantum spectasse videtur ut pertraheret Canonistas in sententiam Theologorum; Unde hanc Conciliationem non admittunt Canonice, & Turrec. quamvis simul Canonista celebres, & Theologi egregius magister tamen favebat opinionibus Theologorum, quia actum sacram Theologiam legebat, ut ipsèmet fateatur ingenè in c. *Sunt qui dicunt*, n. 5. 27. q. 2. ubi in simili quæstione, in qua dissident Canonice, & Theologi, sic ait noscitur unus Doctor in schola Theologorum, magis favemus opinionibus eorum, non audent tamen honorabiles Canonistas oppositum asserentes condemnare.

DE ÆTATE, & QUALITATE.

Cap. Accepimus.

S Y M M A R I U M.

1 Ordinatus ad sacros sine titulo ab ordinatore in se potest beneficii nisi post ordinationem se reddiderit indignum. & n. seq.

2 Approbato ad ordines, aut ad officium, vel beneficii obsequium non potest quod sit criminiosus, vel irregularis, nisi postea nova causa supervenerit.

3 Ampliatur, & num. 37. Declaratur, num. 4. & 38.

4 Exceptio criminis contra ordinatum de aequitate semper est admittenda.

5 Clausula in litteris apponitur semper subintelligitur.

6 Clausula, si preces veritate nitantur, subintelligitur in rescripto, licet non exprimat.

7 Idem de clausula, rebus sit stantibus.

8 Idem de clausula, nullo impedimento cessante.

9 Clausula apponitur in rescripto si fuerit in litteris, rescriptum non variatur.

10 Clausula, si est idoneus, & beneficio non indignus, an, & in quo differat.

11 Ordinatus ad sacros sine titulo, ac beneficii petenti nec ordinatur, nec successor potest obtinere quod sit illiteratus.

12 Successor tenetur non ex delicto, sed ex facto defuncti.

13 Approbatus ad sacros ordines censetur etiam approbatus ad beneficii, nec debet iterum examinari. & num. 32. & 35.

Fallit in beneficii curato, num. 40.

Item fallit quando Episcopus per alium examinavit, num. 15.

Item fallit in Episcopo successore, num. 16. & 42.

Item fallit in ordinato, qui eligitur ad beneficii in alia diocesi, num. 17.

14 Examinandi non sunt quoad doctrinam provisæ de Canonice in forma dignitas, si iam Diaconi, vel Presbyteri sunt.

15 Ordinatus sine examine, & commendatitius litteris proprii Episcopi possunt a se ideo examinari, & ab ordinari exercitio suspendi ex Concilio Tridentino, c. 3. *sess. 14.*

Quod auctor decretum non comprehendit ordinatos ab Episcopo prædecessore, nisi nova causa supervenerit. *ibid.*

16 Ordinatus potest iterum examinari ab Episcopo successore quoad beneficii ei de novo conferendum, non autem quoad ordinem tam collatione a prædecessore.

17 Approbatus ad dignitatem est examinandus ad ordinem eadem dignitati annexam, nisi statim cum collatione dignitatis examinatus, & ordinatus fuerit.

18 Episcopus non presumitur violare Canonicas sanctiones.

19 Presumptio semper est pro iudice.

20 Presumuntur omnia verè, & solenniter acta.

21 Forma iustitie appellatur forma communis.

22 Executor rescripto presentato super modo providendi in beneficii libere quomodo debeat procedere 2 & num. seq.

23 Exceptiones frivolæ executor debet reticere, rationabiles admittere, & interim suspendere.

24 Moneus reputatus ad unam dignitatem, si eligatur ad aliam, debet similiter idoneus reputari.

Declaratur non 39.

25 Indignus in uno officio debet indignus haberi in alio. & num. seq.

26 Tutor, qui male se gessit, si datur curator, ut suspectus removeri debet.

27 Rescriptum, quo mandatur alicui provideri in ecclesia Cathedrali, an locum habeat in Ecclesia diocesi, & de converso. & num. seq.

28 Forma iustitie regulatur secundum naturam obligationis præcedentis.

29 Rescriptum, quo mandatur alicui provideri de beneficii, non extenditur ad Prælaturas.

30 Examinatus, & promotus ad ordinem sacrum, an quoad doctrinam sit iterum examinandus ad beneficii etiam non patronatus requirit eundem ordinem, & num. seq. usque in fin.

31 Tridentini Concilii tenent cap. 13, *sess. 7.* corruptus restituitur.

- 32 Examinatus semel quoad doctrinam regulariter non debet iterum examinari.
- 33 Medicus semel approbatus reprobari potest causa legitima subsistente, & num. 44.
- 34 Bis de eodem hominu facta queri non debet.
- 35 Examinatus ad ordinem non potest ratione insufficientia a beneficio repelli. Declaratur, num. 39.
- 36 Ordo, & ritulus sunt connexa.
- 38 Approbatus semel, potest reprobari ex nova causa superveniente respectu criminis, sed non respectu illiteratura.
- 39 Examinatus ad beneficium, vel officium non tenetur ad aliud simile se iterum examinari subicere, sed secus si ad matu, vel distimile.
- 42 Approbatus ad ordines potest ad beneficium ab Episcopo successore iterum examinari, & reprobari.
- 43 Approbatio non est sententia diffinitiva, sed decretum admittorium.
- 44 Doctor semel probatus reprobari potest.
- 45 Approbatus ad duas Parochiales debet ad tertiam aequali, vel minori iterum examinari.
- 46 Dispensare aut possit Episcopus cum illiterato, anve illum promovendo censetur cum eo tacite dispensare.
- 47 Pralatum potest contra factum proprium venire reprobandus prorsus illiteratum, quem semel approbavit.
- 48 Illiteratus an possit privari beneficio obtento etiam a promovente.
- 49 Regulares semel ab Episcopo approbati ad confessiones personarum secularium audiendas an, & quando possint iterum examinari, & reprobari: Remissive.

ACCEPIMUS. Ordinatus ad sacros sine titulo ab Ordinatore iuste petit beneficium, nisi post ordinationem se reddiderit indignum. Hoc dicit Communis divini. Consultatio, & responso, 2. ibi, licet igitur, Etsi actad 2. par. Rubrica, & ue qualitate respiciendorum.

Nota primo ibi, Exceptionem non poterit praeferre contra illos. Episcopum qui aliquem ordinavit non posse contra eum excipere, quod sit criminofus, irregularis, vel insufficientis, nisi post ordinationem nova causa supervenerit, quae illum reddat indignum, ut hic patet. Idem in electo, cap. Delectissimi, & quast. 2. seu qualitercunque promotio, cap. Cum super questione, infra de excess. Pralator. cap. Diaconi, 29. distinctione, cap. In istu, 4. dist. cap. Diversis, infra de Cler. coning. Idem in iudice, cap. Insuante, & infra de offic. delegat. Idem in Procuratore, 1. Post item, ff. De Prom. Idem in teste, cap. Praterea, §. 2. infra de test. & ita hic notant gloss. 1. Innoc. num. 1. Holt, num. 2. & Abbas Antiqui, in fin. Ioan. Andr. in cap. Cum venerabilis, in 3. col. vers. Si autem, infra de except. Cardin. in Clem. 1. num. 15. de concess. preben. Quod procedit etiam si crimen post ordinationem ad notitiam ordinantis pervenerit; nam nihilominus non poterit contra ordinatum de crimine excipere, dummodo tamen etiam antea per diligentem examinationem id scire poterit arg. Cum in iudicio, §. Si qui verò infra de claudis. de sponsat. Et hoc de iure iure. Sed de aequitate exceptio criminis live pra-

cedentis, live consequentis ordinationem, semper est admitrenda; quia beneficia indignis conferri non debent, cap. Cum adde, supra de rescript. cap. Dudum, infra de praesumpt. secundum Innocent. hic numero 1. cum quo transeunt Holt, numero 2. vers. Ideoque non est audiendus; Ioan. Andr. num. 5. & Butr. in 3. notab. Episcopus tamen, qui talem ordinavit, puniendus est, cap. Cum sit ars, infra eod.

Secundo notabi, Exsuperabundanti. Clausulam in litteris apponi consuetam semper subintelligi, ut hic per Butr. in 4. notab. & Cardin. in 5. notab. Ad hoc, cap. Causam de rescript. & c. 2. & cap. Cum oportet de consl. & ita de clausula, sicut idoneus, habes text. hic, nam cum Pontifex dicat se facere illam apponi in litteris ex superabundanti, aperte innuit illam fore subintelligendam, quamvis non esset expressa. Idem de clausula, si preces veritate nitantur qua semper in rescripto subintelligitur, cap. 2. supra de rescript. Oldrad. cons. 223. Petium tale est Dominus, numero 3. vers. 2. Hoc idem; & Anchar. cons. 240. Per praedicta in prin. & per totum, Card. cons. 92. Favendo pupilli, num. 5. Idemque de clausula, sicut ita, vel si constituit ita esse, Abb. cons. 99. Illud in presentiarum, circa fin. lib. 1. & de clausula, Rebus sit stantium, Rota apud Cazarum de Gradus, decisione 125. alias 4. de rebus eccles. non alienan. numero, 17. & seq. Eteodem modo clausula, iusto impedimento cessante, in omni precepto, & privatione, & alias penali dispositione subintelligitur; quia alias dispositio esset iniqua. Cardin. cons. 132. Primum an valeat, numero 2. vers. Item praesupposita. Et ex his inferitur, ut si clausula apponi solita in rescripto deficiat, rescriptum non vitietur, quia tacite subintelligitur, Roman. in cons. 376. Quastio est in fin. per text. in cap. Cum sit ibi. sicut consuevit, supra de cons. sicut.

Tertio nota in eodem vers. In litteris gratiosus; quae expediuntur in forma dignum, quandoque apponi clausulam, si est idoneus, & ecclesiasticum beneficium non indignus, & sic collige inter haec duo differentiam esse; quia omnis indignus est non idoneus; sed non convertitur, quia aliquis potest esse non indignus, qui tamen non sit idoneus, ut comes, cerdo, vel miles, prout hic notant Anchar. in 3. not. Cardin. in 6. notat. & Ioan. de Anan. num. 2.

Quarto nota ibi, Quasi te, vel Praedecessoribus tuis ordinatus fuisse consuevit. Non tantum Episcopum, qui Clericum illiteratum ordinavit ad sacros ordines sine sufficienti titulo; sed etiam illius successorem meri, & compelli posse sic ordinato providere de competenti beneficio. Et ita hic est casus valde notabilis, quem nescio alibi, nam cap. Non liceat, cap. Episcopus, & c. Cum secundum, infra de praebendis, loquuntur de ordinato sine sufficienti titulo, cui tamen nihil fuit obiectum, sed de illo, contra quem a successore excipitur de inhabilitate, loquitur tantum hoc Decretalis. Et sic collige successorem teneri non quidem ex delicto, sed ex facto defuncti, & est speciale in hoc casu, ne clericus cogatur in opprobrium ordinis clericalis mendicare, cap. Diaconi sunt, vers. Mendicant infelice clericis, 95. dist. cap. Ad supplicationem, supra de renun. gloss. in cap. Ad hac, in ver. Examinatur, in fin. infra de offic. Archid.

ita Innoc. hic numero 1. vers. Sed obtineretur, & numero 3. & Holtius. eodem num. vers. Severo obtinetur. Ioan. Andr. num. 3. col. vers. Butr. in 1. & in 3. notab. Cardin. in 7. not. Anchar. num. 1. & Io. de Anan. num. 5. & hanc penam contra Ordinatorem, & illius successorem innovavit Tridentina Synodus, sess. 24. cap. 2. In illis verbis, (Antiquorum Canonum penas super his innovando, non autem penam suspensionis contra ordinatum, de qua in cap. Seminum. & c. Sanctarum 70. dist. nisi ipse ordinatus fraudem adhibuerit, ut ex sententia S. Congregationis Concilii dixi in cap. Cum secundum, in 2. quast. a num. 63. usque in fin. infra de praeb. ubi etiam plane videas an, & quando Episcopus tenetur providere ordinato sine titulo, in 1. q. a num. 20. usque ad n. 53.

Quinto nota, ibi, eos debet idoneos reputare quos ad ordines suscepisti. Statim atque Clericus fuit admittens ad sacros ordines, censeri etiam idoneum ad beneficium ecclesiasticum, ita ut non sit novo examini subiciendus, ut hic est expressam, & notat Innoc. numero 3. in ver. resuscitare Butr. numero 3. Anchar. in 5. notab. & Cardin. in 2. oppos. Rota decis. 16. numero 1. par. 2. dist. Sed hoc latius examinabitur infra in 2. quast. a numero 32. Hic tamen declarat regulam hanc sex modis. Primo scilicet, ut procedat in beneficio simplici, non autem in Praebenda Cathedralis Ecclesiae, vel alio beneficio speciale formam requirente ut hic per Collectat. in prin. post Guielm. de monte Laud. in Clem. an. de concess. preben. Hoc credo verum in beneficio curato, ut latius dicam infra, n. 40. non autem in praeb. Cathedralis ecclesiae, nam cum bo. me Card. Boromeus petiisset responderi a S. Cong. Concilii, cum a Sede Apostolica conferuntur Canonici Cathedralium in summa dignum, si provisi iam sint Diaconi, vel Sacerdotes, an ulterius examinandi; Sac. Congregatio consl. in his, qui iam Diaconi, vel Presbyteri sunt, & ad Canoniceus Cathedralium Ecclesiae in forma dignum sibi collatos admitti poterunt, opus non esse examine, quod ad explorandam litteraturam pertineat. Eos vero qui sacris Ordinibus nondum initiati sunt, examinandos esse an illa habeant adjecta doctrina, quae ex praescripto Trident. Conc. necessaria sunt sacro illi ordini, qui Canoniceus, quem consequi volunt, erit annexus. Secundo declarat regulam, ut locum habeat quando Episcopus per se ipsum examinavit: sicut si per alium, puta Archidiaconum, iuxta text. in cap. Ad hac, infra, de offi. Archid. quia tunc bene potest semel examinatum iterum examinari: nam negligentiam primi examinantis obitare non debet quominus quaeratur an promotus sit dignus, ut notat gloss. in d. c. Ad hac in ver. Examinatur, item gloss. penult. in c. Cum sit ars, infra eodem, & hic tenet gloss. in ver. Examinari, Innoc. numero 1. vers. Vel nisi alius sit, sicut Archidiaconus, Holtien. numero 14. in ver. sine examinatione, Ioan. Andr. num. 7. vers. Excusatur, tamen Episcopus; & Bellam numero 1. vs. 6. quast. Quae declaratio multum corroboratur ex decreto Concilii Trident. sess. 14. c. 3. quo statuitur ut Episcopus ad susceptorum ordinum exercitio possit interdicere, & suspendere quoscumque suos clericos, praesertim in sacris constitutis abique suo praecedenti examine, & commen-

datiis litteris quacunque autoritate promotos, quos ad divina officia celebranda, seu Ecclesiastica sacramenta ministranda minus idoneos, & capaces reperit; licet tanquam habiles ab eo, a quo ordinati sunt, probati fuerint. Observandum est tamen hoc decretum non vulticare sibi locum in ordinatis ab Episcopis praedecessoribus, ut declaravit Sacra Congregatio ejusdem Concilii interpres. Expofuit enim Alphonsus Gomelius se ordinatum fuisse ab necesse Archiepiscopo Ispaien. & se totum beneficium simplex possidere: tamen praesentem Archiepiscopum Ispaien. voluisse eum cogere ad subiciendum se novo examini ex decreto cap. 3. sess. 14. cum ipse noluisse consensum fuisse in carcere, deinde dimissum, & a celebranda Missa suspensum: Sac. Congregatio cens. cap. 3. sess. 14. non comprehendere examinatos, & probatos ad sacros ordines ab Antecessoribus Episcopis, nisi post promotionem nova causa supervenisset. Tertio declarat supra dictam regulam, ut procedat in Episcopo, qui ordinavit, non autem in illius successore, qui bene potest examinatum ad ordines a praedecessore, iterum examinare ad beneficium, ut dicam infra n. 42. licet non possit praetextu insufficientiae denegare alimenta ordinato ad sacros Ordines ab Episcopo praedecessore sine insufficienti titulo, ut ostensum est supra in 4. not. & notat gloss. in d. cap. Ad hac, in ver. Examinatur, infra de offi. Archid. & ex hac declaratione collige, aliud esse ut Episcopus veljet clericum examinare ad ordinem jam susceptum a praedecessore; & aliud esse, ut vellet ordinatum examinare ad beneficium eide novo conferendum: nam in primo casu non potest; quia decretum Trident. Conc. d. c. 3. ad hunc casum non pertinet, ut praedixi. Insecundo autem potest, ut patet in hac tertia declaratione, & potest esse ratio diversitatis, quia facilius repellitur promovendus, quam deicitur promovendus, §. ultimus, quast. 1. gloss. in cap. Ex tenore, in ver. Examinatur, & ibi etiam Iuno. n. 1. & DD. supra de tempor. ordinat. Quarto declarat regulam, ut non procedat in eo, qui fuit ordinatus, vel obtinuit beneficium in una diocesi, & postea eligitur ad beneficium in alia: nam talis potest iterum examinari; quia forte in diocesi, in qua eligitur, sunt alii mores, ad quos oportet eum adaptari, cap. Oportet, 8. quast. 1. cap. Illa, 12. dist. & res inter alios acta. & ita notabiliter declarat Collectat. hic n. 24. Quinto declarat regulam superius positam, ut non procedat in penitus illiterato, ut dicam infra num. 48. Sexto, & ultimo declarat eandem regulam, ut locum habeat, prout loquitur, in eo, qui sacris Ordinibus initiatus est, & intendit obtinere beneficium: non autem in casu converso, videlicet in eo, qui jam beneficium obtinet, & intendit suscipere sacros Ordines eidem beneficio annexos; nam talis utique potest subijci novo examini, ut Sac. Congregatio Concilii declaravit: nam consulta, An approbatus ad dignitatem ordinem annexum habentem, alia indigeat probatione ad factum Ordinem suscipiendum? Te 23. Januarii 1580. Respondit eum, qui ad dignitatem approbatus est, examini nihilominus subiciendum esse tam ejus Episcopi, qui non contulit dignitatem, quam ejus, qui contulit, nisi tamen statim.

statim cum collatione dignitatis examinatus, & ordinatus fuerit, juxta decretum Conc. Trident. **18** c. 7. *sess. 23.*

19 Sexio nota ibi, *Quis sine examinatione non credimus ordinari.* Non esse verisimile ut aliquis Episcopus violet Canonicas sanctiones, ut hic per Hostien. numero 16. Joan. Andr. num. 17. Card. in 10. notab. & Ioan. de Anan. in 3. notab. licet quandoque secus fiat, ut cap. *Vel non est compor.* supra de temporum ordinatione, sunt enim Episcopi Cultodes Canonum, cap. *Cum quibus*, 24. *quasi*. 3. Archid. in cap. *Li. et canon. num. 3. vers.* Quid plura, de elect. lib. 6. Federicus de Sen. conf. 17. *Quaslo talis est*, per totum. Anchar. in repet. cap. *Canonum tonsura*, numero 123. *vers.* In contrarium, numero 190. *vers.* *Accedit hu utilo questio*, supra de constitut. Unde est argumentum, pro iudice praesumit, cap. *In praesentia*, supra de renum. Et omnia praesumit solemniter acta, **20** l. *Ab ea parte*, ff. *De probatione*, & institut. de fidelit. in fin. & cap. *Sicut*, infra de re iudicat. Host. hic n. 77. & 18. Joan. Andr. & Cardin. ubi supra.

21 Septimo nota ibi, *In forma communi*, formam iustitiae appellari formam communem; & in beneficialibus per huiusmodi formam compelli Episcopum providere non solum in Ecclesia propria, sed etiam compelli, & posse providere in Ecclesiis dioecesis, gloss. *hic in ver.* in *maiori Ecclesia*. Sed de hoc latius infra, in prima quaestione.

22 Ultimo nota in vers. *Exceptiones autem*, secundum Hostien. num. 29. *vers.* *Exceptiones*, quod quando scribitur pro aliquo beneficiando, non est necesse ut lis contestetur, vel ut libellus detur in scriptis; sed sufficit ut impetrans dicat executori: Domine supplico; ut exequamini mandatum vobis in iunctum, & tunc si nil opponerit, procedat executor secundum formam recepti, cap. *Signando*, & cap. *Cum de iura*, supra de rescriptis. & cap. *Pro illorum*, infra de praebendis.

23 Idemque observandum si trivialia opponatur exceptio, cap. *Dilectus*, si tertia, de praeben. & cap. *Cum nostris*, de concess. praeben. Si vero aliquid rationabile opponitur, illud examinabitur, & executio suspenditur, cap. *Constitutus*, supra de rescriptis, & cap. *Dilectus*, infra de appellat. Sed super exceptione proposita priusquam testes recipiantur, erit lis contestanda, cap. *Veniens*, supra de renum. de quo plenè Hostien. in *Summa titul.* de exceptione §. *Quando*, sub §. *Hac de dilatorius*, vers. *penult.* & vlt. & per Rossfred. Beneventan. in *libell.* titul. *An pures praeben.* §. *Et primo* videamus, & per Compollellan. in cap. *Mandatum*, numero 4. col. 6. vers. *Si vero Capitulum non recepit mandatum*, & *num. 5.* supra de rescriptis. hanc praesumit Hostien. probant hic Ioan. Andr. n. 21. Bellam, numero 13. Butr. num. 15. Card. in 13. not. & Ioan. de Anan. in 6. notab.

24 In glossa secunda nota bene hanc glossam, quod idoneus reputatus ad unam dignitatem si eligatur ad aliam, debet similiter idoneus reputari, ut hic & in cap. *Gesta*, 24. *distin.* Ita è converso, qui reputatus est indignus in uno officio, debet indignus haberi in alio. Nam & qui male se gessit in tutela, si deinde detur Curator, tanquam suspectus removeri debet, ut l. 3. §. *Quaerit*, ff. *De suspectis tutor.* & l. *Si aliquid*,

cod. De suspectis. & Anchar. lib. 10. & cum gloss. consentit hic Hostien. num. 12. & 13. & alii plures apud Boerium *de off.* 149. *num. 16.* hoc tamen limita, ut dicam infra num. 39.

25 QUERO, an per illam formam, qua mandatur alicui ut provideat de beneficio in aliqua Ecclesiarum dioecesis, providere possit in Ecclesia Cathedrali, & è converso si mandatur ut provideat in Cathedrali an possit providere in aliqua Ecclesia dioecesis. Pro solutione breviter distingue. Aut huiusmodi mandatum fit per litteras iustitiae, seu in communi forma, puta quia scribitur Episcopo, ut provideat ordinato ad sacrosine titulo de competenti beneficio; & tunc providere potest, & debet in quacunque Ecclesia tamen civitatis, quam dioecesis, & in hoc casu loquitur iste textus, & cap. *Pro illorum*, & cap. *Cum secundum*, infra de praebendis, Et glossa *hic in ver.* In *maiori Ecclesia*, in *prim.* Aut mandatum fit per litteras gratiae, seu in forma gratiosa, & tunc si mandatur provideri in aliqua Ecclesia civitatis, non potest provideri in Ecclesia dioecesis. Et idem in casu concessio; quia per clausulam illam, in aliqua Ecclesia dioecesis, non comprehenduntur Ecclesiae civitatis; nec è contra, cap. *Rodolphus*, supra de rescriptis, Et est expressum in cap. *Quantum*, in *prim.* de praebendis, lib. 6. quod emanavit ad declarationem eorum, quae notantur in hoc c. *Accepimus*, per Tancred. Bernard. & alios, ut ibi notatur in gloss. Et in hoc casu, id est in litteris gratiae, intelligenda est glossa nostra in *ver.* in *maiori Ecclesia*, *ver.* *Sed quid si dicatur*. Ratio differentiae est, quia forma iustitiae venit executiva ad obligationem surgentem ex ordinatione, quae principaliter respicit Ecclesiam Cathedrali, cap. *Cum secundum*, infra de praebendis, & idè regulatur secundum naturam praecedentis obligationis. Est enim hoc mandatum obligationis excitativa, quod commensuratur quantitati obligationis antiquae excitatae ad hoc cap. *Licet*, & cap. *Grave*, & quod ibi dixi in not. post Butr. numero 3. & 6. supra de off. ordinari.

26 At hae ratio cessat in litteris gratiae super beneficiis obtinendis, quae cum sint ambiciose, restringi debent, ut legitur, & notatur in d. c. *Quantum*. Vigore tamen talis mandati non poterit executor de aliqua Praelatura providere; quia ad Praelaturas non extenditur intentio mandatoris, ut est casus in cap. *ult.* infra, de praeben. & hic fatetur glossa praesalleg. in *ver.* In *maiori Ecclesia*, & supradictam distinctionem sequuntur hic Butr. num. 13. Cardin. in 11. notab. & Joan. de Anan. num. 4. & vide bonam glossam in cap. *un.* in *ver.* *Dioec.* de *verum permitt.* lib. 6.

27 Secundò QUERO, An praesentatus, seu electus à Capitulo ad beneficium requirens ordinem sacrum, ad quem jam praevio examine ab Episcopo promotus fuerat, possit, & debeat ab eodem Episcopo, ad quem ius confirmandi, seu institutiendi pertinet, ante confirmationem, vel institutionem quoad doctrinam examinari; & nisi idoneus repertus fuerit, repelli vigore Tridentini Concilii, cap. 13. *sess.* 7.

28 Quaestio hae discutienda est juxta terminos juris communis: nam concilium d. cap. 13. loquitur in casu, quo praesentatio, electio, vel nominatio sit aliis, quam Episcopo. Et sic quando con-

confirmatio, vel institutio ad alium, quam Episcopum pertinet, secundum quem sensum abundat illa praesentatio, à, quae ante verbum, *quibusvis*, in aliquibus Codicibus mendose legitur in pressa, quae tamen non habetur in Codice Bibliothecae Vaticanae, & expressè declaratur alio textu ipsius Concilii, cap. 9. *sess.* 25. *vers.* *Quod si ad inferiores*, tuncque jubet non aliter quem esse confirmandum, vel instituendum, quam Episcopi examine. Nos autem versamur in casu, quo praesentatio, seu nominatio fit Episcopo, ad quem jus instituendi, seu confirmandi pertinet, qui casus à Concilio omittitur, ideoque remanet in dispositione juris communis, l. *Communi*, ff. *De liber. & posthum.* Perpena autem juris communis dispositione, regula est, semel approbatum praevio examine quoad doctrinam non esse rursus examinandum, nec reprobari posse, ut in hoc c. *Accepimus*, ubi omnes notant Cardinal. in c. *Cum secundum*, de praeben. num. 5. in 3. *oppositio*, Felin. in c. *Cum venerabilis*, num. 47. de *except.* & hanc esse regulam sentiunt communiter DD. qui semper casus, in quibus semel approbatus potest reprobari, dicunt esse speciales, gloss. in d. cap. *Cum secundum*, in *ver.* *Licet*, quam ibi cui adherent omnes sequuntur, de praeben. ubi Card. jam citatus in *dicta*, *oppos.* Bald. in l. *Ve gradatum*, §. *Reprobari*, ff. *De minor. & honor. Barr.* & Alber. in l. *Sed & reprobari*, ff. *De excusat. tutor.* dum ajunt post Dynum, Medicum probatum reprobari posse causa legitima subsistente: aliàs secus, & ita supponunt regulam esse in contrarium, ita etiam Joan. Andr. in *addit. ad Speculat.* tit. *de jurepar.* in *med. addit. margin.* ubi ait (In medico, ut semel probatus possit reprobari, esse speciale propter hominum sanitatem.) idemque scribit Oldrad. *conf.* 18. *Circa primum articulum* num. 1. *vers.* *Est enim speciale in medico.* Et ratio est, quia bis de eod. hominis facta quari non debet, l. *Licet*, ff. *nat. camp. stab.* gloss. in c. *Licet*, in *fin.* ff. *De offic. legat.* gloss. in d. c. *Cum secundum*, in *ver.* *Licet*, de praeben. Et in specie quaestionis nostrae, quod promotus ab Episcopo praevio examine ad ordines sacros, non possit repelli per ipsum à beneficio, neque rursus examinari, text. est clarus hic, ut dixi supra, in 5. notab.

29 Ordo enim, & titulus sunt connexa, cap. 1. 70. *dist.* ut qui unum dedit, reliquum dare teneatur, d. c. *Cum secundum*, ut considerat Innocen. *hic in princ.* ubi ceteri Doctores, praesertim Host. nu. 2. in *ver.* *Contra illos*, & Bellam, num. 5. Butr. in d. c. *Cum secundum*, num. 18. Idque procedit si de regatur quem fuisse illiteratum tempore examinis prioris, si ve etiam postea talem effectum esse, secundum Innocen. & alios proximè citandos. Neque obstat quod approbatus possit reprobari ex causa superveniente, ut hic patet, & dicitur est supra in 1. notab. Quia id est verum si loquamur de crimine: secus autem si loquamur de litteratura, seu doctrina, sicut in casu nostro, ut optime declarat hic Innoc. num. 1. *vers.* *Sed si obijceretur*, & post eum Host. num. 3. *vers.* *Sivero obijceret*, Joan. Andr. num. 5. *cod. vers.* & Butr. nu. 9. *vers.* *Hoc verum.*

30 Regula tamen superius proposita pluribus modis limitatur.

Primò enim declaratur procedere in exami-

nato, & approbato ad idem, vel simile officium vel beneficium; secus autem esset si beneficium, vel officium esset majus, vel dissimile, gloss. *hic in ver.* *Reparare*, quam Host. num. 12. & lra. Butr. num. 9. & ceteri sequuntur, Bald. in c. *Scriptura*, col. *ultim.* supra de elect. dicens, *semel examinatum debere iterum examinari si transeat ad longe altiora.* Et est theoria Innoc. in d. c. *Cum venerabilis*, quam ibi sequuntur alij, teste Felin. num. 48. ubi etiam num. 49. *prope finem* refert id in iplo servatum fuisse, qui assumptus in Auditorem sacri Palatii examinatus fuit, tametsi viginti annos in publicis Universitatibus jus Pontificum docuisset, & in hoc nullus discrepar. Et hanc sententiam aliàs probavit S. Congregatio Concilii. Nam consultata an semel examinatus ab Episcopo ad simplex beneficium, si ad aliud simile praesentetur, teneatur iterum se Episcopi examini subijcere: Respondit non teneri, cum sit simile beneficium. Hinc autem sequitur magna limitatio ad regulam hujus, c. *Accepimus*, & cap. *Cum secundum*, de praeben. ut examinatus, & approbatus ad ordinem non possit examinari, & reprobari ad beneficium, ut scilicet procedat in simplici; non autem in beneficio curam animarum habente, ut per Oldrad. d. *conf.* 18. num. 1. Et hoc est quod scribit Joan. Andr. in *addit. ad Speculat.* in *titul.* *de jurepar.* in *addit. margin.* in fin. dum ait, cap. *Accepimus*, ut arctare ordinem ad dandum beneficium, non autem curam. Huc etiam spectat, quod scribunt Oldrad. ubi supra, & Anchar. d. *Clem. 1. de concess. praeben.* dum asserunt regulam praedictam delinquantem ex c. *Accepimus* habere locum in connexis, dependentibus, vel coherentibus, non autem in diversis, Anton. de Butr. d. c. *Cum secundum*, num. 18. ubi ait possibile esse, ut dignus beneficio per approbationem ordinum non sit dignus beneficio quolibet quali infirmans non esse dignum Curatis, vel alijs requirentibus magnam habilitatem, Felin. loco citato.

31 Secundò regula limitatur, ut habeat locum in eodem examinante, & approbante; si enim semel probatum amplius examinare, vel reprobare non potest. At diversum est jus in successore ejus, qui semel approbavit, ut sentiunt hic Doctores post gl. in *ver.* *Examinari*, Butr. num. 9. *vers.*

32 *Quandò ordinavit per se*, & Felin. loc. cit. Neque in casu hujus limitationis obstat exceptio rei iudicatae successorii examinare volenti: tum quia causa agendi mutatur, & est alia res, scilicet aliud beneficium: tum quia approbatio non est sententia diffinitiva, sed appellatur decretum admittorium, Oldrad. d. *conf.* 18. n. 3. Anton. de Butr. in d. cap. *Cum secundum*, num. 18. Joan. Andr. in d. *Addit.* Anchar. in *dicta* *Clem. 1. num. 18.* & Felin. in d. cap. *Cum venerabilis*, num. 49.

33 Tertio limita ratione publicae utilitatis, ob quam Medicus, qui ad curandum hominum valetudinem adhibetur, semel probatus, reprobari potest, l. *Ve gradatum*, §. *Reprobari*, ff. *De minor. & honor. leg.* *Sed & reprobari*, ubi Bald. ff. *De excusat. tutor.* ex quo deducit Barr. in *dicta*, l. *Sed & reprobari*. Doctorem semel probatum reprobari posse, ut facere consueverat Archiepiscopus Capuanus, quem hoc nomine laudat, optatque ita etiam hodie observari. Idque speciale est

propter præjudicium publicum, ne Doctoribus imperitis causæ defendendæ, aut judicandæ committantur, Lambertin. infra allegandus num. 6. Hinc etiam ex facto respondit Oldrad. d. concess. 18. approbatur ad duas Parochiales si velit consequi tertiam etiam æqualem, vel minorem, debere iterum examinari, & si minus idoneus fuerit, repelli: nam si id est speciale in Medico corporum, ut propter periculum, quod versatur in exercitio artis suæ, semel probatus reprobari queat: multò magis debet esse speciale in Medico animarum, in cujus imperitia majus periculum vertitur, c. Cum sit ars, infra eod. facit, cap. Cum infirmitas, de peniten. & venis. Et ipsdem fundamentis sentit Jo. Andr. in d. Adit. ad Speculat. & sequitur Anchar. in d. Clem. 1. de concess. praben. num. 15. Lambert. in tract. de in-repar. in 1. part. 2. libri, 9. quæst. princ. 20. art. num. 4. cum seq. Felin. in d. c. Cum venerabilis, num. 49. de except.

46. Quarto, Regula procedit quoties semel examinatus est quidem insufficientis, sed non penitus illiteratus: nam siue Episcopus promovendo eum, qui non est prorsus sufficiens, tacite cum eo videatur dispensare; juxta cap. Veniens, de his Presbyter. ut sentiebat Præceptor Host. relatus à Jo. Andr. in d. cap. Diversis fallacis in 2. col. siue dispensare non videatur, juxta doctrinam Innoc. & Hostien. ibid. relati: satis est ut ipsemet Episcopus contra factum suum venire non possit in casu, quo sibi competeat facultas dispensandi, ut certe competit eum eo, qui non est prorsus illiteratus, ut per Jo. Andr. ibid.

47. quem Doctores sequuntur. At cum quis est prorsus illiteratus, secus; quia quoad ipsum dispensare non potest, imò etiam de Papa dubitatur an possit, Felin. in cap. Si quando, in penul. col. de rescript. & idem si illum admittat, potest Prælati contra factum proprium venire in casibus, in quibus aliquid fecit contra jus, nec habebat dispensandi facultatem, ut tradit Jo. Andr. post Innoc. & Hostien. in loco supra proxime citato, cui ceteri consentiunt. Extra hanc regulam limitat Lambert. in d. art. 26. num. 4. qui tamen refert Doctores in d. cap. Diversis fallacis, velle ut quando Episcopus promovit illum, cum quo habet facultatem dispensandi, ut habet cum eo, qui non est penitus illiteratus, ita demum possit venire contra factum proprium, si sine causa cognitione processerit; secus si cum causa cognitione, qua in re salitur Lambertin. nec opus fuit ut rationibus eam opinionem refelleret; quia Joan. Andr. & ceteri nunquam sentiunt Episcopum, etiam si sine causa cognitione processerit, posse venire contra factum proprium in casibus, in quibus potest dispensare; sed tantum dicunt superiorem, vel successorem Episcopi posse tunc revocare id, quod Episcopus fecit; sed ipsamet non posse factum proprium improbare, semperque id pro certo habent, siue adhibuerit causa cognitionem, siue non, quando sumus in casibus, in quibus ei licet dispensare; & tunc tantum affirmant ipsum contra factum suum venire posse, cum dispensare non potest, sicut non potest cum penitus illiterato. Et in hunc sensum accipiendum est quod scribit Felin. in d. cap. Cum venerabilis, num. 49. de except. dum absolute, & simpliciter ait in-

sufficientem posse privari beneficio obtento etiam à promovente: quia id est verum in penitus insufficienti, cum quo Episcopo dispensare non licet; secus si non esset penitus in sufficiens; quia cum Episcopus dispensare poterit, contra factum suum ipse venire non potest, ut per Doctores in d. cap. Diversis fallacis.

His positis sequitur responsio ad quæstionem supra propositam: nam cum nos agamus de eodem Episcopo, non autem de successore, & de beneficiis, quæ non requirunt majorem idoneitatem, quam ordo collatus (quæstio enim est de examine ad beneficia requirentia eundem ordinem sacrum, ad quem quis antea fuerat promotus) explorat juris est eos promotos non esse rursus examinandos, nec posse reprobari, nisi in duobus casibus, id est cum ageretur de beneficio requirente ordinem Presbyteratus, cui sit annexum otus coadiuvandi curatos; vel cum jam promoti ad ordines essent penitus illiterati. His enim duobus casibus versamur in tertia & quarta suprapositis limitationibus; & ita liceret Episcopo examinare, & reprobare semel probatos.

49. Inquirendum hic esset, an & quando regulariter semel ab Episcopo approbati ad confessiones ac personarum secularium audiendas possint iterum examinari & reprobari; sed de hoc articulo plenè egimus in c. Grave, num. 50. inf. de offic. ordin. illic recurere.

DE ÆTATE & Qualitate.

Cap. Cum sit ars.

S Y M M A R I V M.

1. Minus idoneus ad Sacerdotium promovetur, vel ad regimini animarum assumi non debet.
2. Ars artium est regimen animarum.
3. Instruendi munus alicui ex debito incumbens potest alteri demandari.
4. Doctor potest interdum subrogare scholarem.
5. Rudes, & ignari in quo differant.
6. Ignorantia promoti probatur per examinationem.
7. Ordinatoris delictum probatur eo ipso quod constat de inhabilitate ordinati.
8. Quod procedit si per seipsum examinaverit, secus si per alios.
9. Nisi insufficientes, malos, vel negligentes ad officium examinationis elegerit.
10. Sacerdotes, & curati super quibus sunt examinandi. & num. seqq.
11. Canones ignorare periculosum est Theologis, & Catholicis omnibus.
12. Religiosi, qui canones ignorant, reputandi sunt idiotæ.
13. Sanctius est paucos bonos, quam multos malos habere ministros.
14. Clericorum numeroseam multitudinem quibus ex causis expedita committere.
15. Regulares qui multitudinem novitiorum, & nova loca in dies recipiunt, corripiuntur.
16. Allegationibus multis se dilatare inutile est.

Præ-

17. Præterquam in compilatione librorum, in legibus, & in glossis.
18. Examinum forma à Concilio Tridentino præscripta in Parochialibus conferenda quæ sit.
19. Concursus an requiratur in Dignitatibus, & Mansionariis, seu Hædem ad artem curam animarum habentibus in Cathedralibus, vel Collegiatis, ecclesiis, & num. seq. usq. ad n. 28.
20. Dignitates curate in Cathedrali, vel Collegiata an veniant Parochialis appellatione, & num. seqq. & num. 29.
21. Intellectus cap. Statutum, de elect. lib. 6. & num. 25. & 29.
22. Vacatio an detur mortuo uno ex pluribus curam animarum exercentibus in Cathedrali, vel Collegiata ecclesia, & n. seq. & n. 26.
24. Concursus an requiratur in Parochialibus non Collegiatis, ubi cura animarum unper plures exercetur, aut in parochialibus habentibus nomen dignitatis, & numero 27.
26. Item an requiratur in Prioratu commendati solito, qui est dignitatis habitus, & non actu, curæ cura immunes animarum, & num. seq. usque ad n. 41.
30. Dignitas habitus tantum curata an comprehendatur appellatione Parochialis, & n. seq.
31. Impossibilitate reputantur que pendet a voluntate Principis, & concili non consistuerunt.
32. Exercentium cum nec subest re nec sinequam comprehenditur in lege conjunctionis respectivo habitum, & actum, & n. seq.
33. Collegio sublatum an ecclesia desinat esse collegiata.
34. Potestatis si a demum attenditur, cum est facile reducibile ad actum.
35. Collegium conservatur in suo.
36. Parochialis habitus tantum curata non venit appellatione parochialis.
37. Concursus non requiritur in beneficiis regularibus curati etiam Clericis secularibus commendati soliti, & n. seq. usq. ad n. 41.
38. Commende nostre temporis redacta sunt ad instar titulorum.
39. Commenda etiam perpetuam mutat statum beneficii.
40. Beneficium etiam perpetuò commendatum proprie non vacat per obitum Commendatarii.
41. Terminus decem dierum à Concilio Tridentino præscriptus in c. 18. sess. 24. an sit computandus à die habita notitiæ vacationis ecclesiæ, an vero liberum sit Episcopo quandocumque illum præfigere volentibus concurrere, & n. seq. usque ad n. 48.
42. Episcopus potest differre electionem magis idonei usque ad sex menses si parochialis in suo mense vacaverit, & usque ad quatuor si vacaverit in mense Sedis Apostolicæ reservato.
43. Concilii Tridentini decretum c. 18. sess. 24. expenditur, & n. seqq.
44. Dicitur, Potest, est diversificativa præcedentium.
45. Terminum implicat currere ipso jure, & esse ab Episcopo assignandum.
46. Provisio hominis facit cessare provisionem legi.
47. Observantia generalis Episcoporum plurimum valet ad interpretationem Concilii Tridentini.
48. Concursus habitus infra terminum decem dierum non est nullus si necum possit examen comparari, qui se laicum pretendat.
49. Idem si aliqui fuerint examinari infra decem dies, alij vero post, ita ut nullus ex concurrentibus

remanere non examinatur.

50. Appellare an liceat in concilio Parochialis ecclesiæ à reprobatione examinationum synodialis, & ad novum examen provocare, & num. seqq. usque in finem.
51. Cap. Constitutus, de secundo, de app. correctum est à Conc. Trid. c. 18. sess. 24.
52. Examinatorum officium est ab eis judicari electo autem magis idoneo ad salum Episcoporum pertinet, & num. seq.
53. Appellari potest à preelatione Episcopi, qui judicium examinationum sequitur, unum magis idoneum prelatum.
54. Examinatorum Synodali non auctoritate an, & quando exerceat, & an Episcopus in locum demortuorum possit alios extra Synodum substituere.
55. Concursus, in quo una cum tribus examinaturibus Synodaliibus alij non Synodales fuerint adhibiti, est nullus, & collatio Parochialis ad sedem Apostolicam devolvitur.

CUM SIT ARS. Minus idoneus ad Sacerdotium promovetur, vel ad regimen animarum assumi non debet. Hoc dicit. Primo exordium. Secundo præceptum ibi diffusum. Tertio poena contrafractantis, ibi, quantum. Quarto antyphora, ibi, Sanctus enim est. Quinto ratio ibi, Quia si taceat.

2. Nota primò excellentiam regiminis animarum, est enim ars artium, ut antea non solum dicit Concilium generale, & latius explicant Host. & Joan. Ambo in primis. Bellam. & Card. num. 1. in 1. oppos.

3. Secundo nota ibi, per alios, eum qui tenetur ex debito alios instruere, posse id munus alteri demandare. Et sic Doctores potest interdum subrogare scholarem, ut hic notant Joan. Andr. num. 7. Cardin. in 3. notab. Anchar. in 2. & Jo. de Anan. num. 3. de quo dicit per eundem Cardin. in cap. 1. in primis, in 26. notab. num. 28. supra de Summis Trinit. & per Joan. Andr. in reg. Qui per aliam, in Material. de reg. jur. lib. 6. & in c. Expansiva, infra de preben. & per legistas, nempe Bart. in l. Nemo est qui nisiat, ff. De duob. reis, Cyn. & Bald. in l. Quousque, C. De Episcop. & Cleric.

5. Tertio nota differentiam esse inter rudes, & ignaros, quia rudes dicuntur quoad temporalia, ignari quoad spiritualia, siue jura: nam utrumque requiritur in Sacerdotibus, & Recto-ribus animarum, ut in c. Petrus, 39. dist. secundum Host. & Jo. Andr. num. 10. & Bellam. in prim. omnes in ver. Rudes, & Cardin. num. 2. in secunda oppositione.

6. Quarto nota ibi, Quod facile poterit deprehendi. Ignorantiam promoti facile probari posse, id est per examinationem, ut c. Si forte, de elect. lib. 6. & hic notant Joan. Andr. num. 10. in ver. Deprehendi. Bellam. in prim. in eod. ver. Bart. in 4. notab. & Cardin. in 6. Statim enim atque imperitus matheos examinabitur, situ patebit, c. Qui de menta, & c. Relatum, 37. dist. secundum Hostien. num. 10. in ver. Facile poterit.

7. Quinto nota ibi, Ordinatores, & ordinati. Eo ipso quod constat de inhabilitate promoti, pariter constare de delicto promoventis, atque, & in

c. *Tantus*, Daniel Sr. *distin. sine ibi*. Qualis enim ipse sit, quinquis tales ordinaverit, ostendit, & arg. c. *Quinquis*, *infra*, de *regal. jur.* & l. *Quinquis*, c. de *rescri. vend.* Quod intelligunt Doctores, quando promovens per seipsum examinavit, Secus si per alios, quia tunc Examinatores tantum puniuntur, ut in c. *Quando*, 23. *dist.* & c. *Ad hoc*, *infra*, de *offi. Archid.* & hic declarant gl. in *ver. Deprehendi*, Innocent. *num. 2.* in *ver. Ordinatos*, Hostien. *num. 10.* in *ver. Deprehendi*, Jo. Andr. *in gl.* 3. n. 13. & Bellam. n. 3. Qui tamen hoc ultimum sublimitant nisi Ordinatori sit imputandum quod insufficientes, malos, vel negligentes ad officium examinationis elegerit, ut l. 1. *Qui sunt igitur*, & l. *Infra*, *de offi. Canon. Statud.* & l. 1. *Item*, *de offi. Canon. Statud.* & c. *Esque*, *de offi. Archid.* Quia autem in promotis sine examinatione, dicitur per Archid. in c. *Si quis*, 24. *distin.* & per Collectar. *in 2. 1.*

10 Sexto, nota promovendos ad Sacramentum, & regimen animarum esse examinandos super divinis officiis, & Ecclesiasticis Sacramentis. Quod plene fieri non potest sine scientia Canonum, c. *Inter cetera*, *infra*, de *offi. Ordinar.* c. 1. *De scriptis*, cap. 1. *De celebrat. Missarum*, & de *consecrat. per tor.* & patet in hoc tractatu, & alius hoc tangentibus. Hæc autem secundum Hostien. *num. 8.* ignorant puri Theologi non sine periculo animarum; quia ad canonum observationem, que censetur regula omnium, & ipsi, & omnes Catholici adstringuntur, ut c. *Supra*, de *confit.* Non est ergo modicum periculum suam regulam ignorare, & inimiti prudentia luce contra canonicas sanctiones, ut c. *Ne iurati*, *de offi. Archid.* & c. *Religiosi*, qui canones ignorant, reputandi sunt idiotæ, ut legitur, & notatur in cap. *Ex multa*, in *primo responsio*, *verf. Sacerdos*, *infra*, de *voto*. Ergo debent tales esse gnari divini legis, & exercitati in Ecclesiasticis sanctionibus, secundum Goffred. & Joan. Andr. *num. 12.*

13 Septimo nota axioma in materia regiminis ecclesiastici, videlicet sanctius esse paucos bonos, quam multos malos habere ministros.

14 Et signa hunc textum contra Episcopos ordinautes multitudinem Clericorum: nam etsi ministro unum numerum augeat spectet ad incrementum divini cultus, c. *Ex parte*, *supra*, de *confit.* & notat Innocent. in c. *Cum secundum*, *num. 1.* & post eum Hostien. *num. 5.* *infra*, de *preben.* tamen plerique clericalem militiam assument, non ut Deo fidelium cultum præstent, sed secularis iudicii fugiendi causa, contra quos Concilium Tridentinum, cap. 4. *sest.* 23. Unde & crebra iuxta utramque forum oriuntur dissidia, & libertas ecclesiastica indes magis violatur. Nec desunt, qui hanc calamitiam obrudant Ecclesiarum Prælati, quod gregem sibi numerolum parent avaritia studio non ut pascant, sed ut emungant, aut macent. Præterea, ut inquit Hieronymus ad *Evagrium Episcopum*, epist. 85. Diaconos paucitas honorabiles, Presbyteros turba contemptibiles facit, cap. *Legimus* 3. *dist.* Ideoque Concilium Calcedonense, can. 6. à Concilio Tridentino innovatum, c. 16. *sest.* 23 præcipit nullum debere ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessarius. Et ceteris, & jura interdicit quemquam promoveri sine titulo etiam ad minores ordines,

ut plerique Interpretes traiderunt in cap. *Non licet* & ibi, dicit *num. 5. infra*, de *preben.* Et quavis id non servetur ex concrudine, tamen utile esset, ut in alium induceretur ad compellendam effrenatam Clericorum multitudinem, ut advertit Abb. in d. c. *Non licet*, *num. 2.* Sed & Imperatores Clericorum numerum præfixerunt, ut in athen. Ut determinatus sit numerus Clericorum, & c. in rubro, & nigro, nam multitudo numerosa nihil habet honesti, ut dicitur in *Authen. de reſeſendat. ad fin.* Ergo non refert quam multos Episcopi habeant Clericos, sed quam bonos, ut hi, & in c. *Tales*, 23. *distin.* ubi Clemens ad Jacobum fratrem Domini, Tales, inquit, ad ministerium eligantur Clerici, qui dignè possint Dominica Sacramenta tractare, melius est enim Domini Sacramenti paucos habere ministros, quam multos inutiles, qui onus grave ordinatori adducant.

15 Deinde signa hunc textum contra Superiores Regulares, qui novitiorum multitudinem ad habitum, & professionem admittunt, quive novas domos, & loca indies recipiunt, ut religionem longe lateque diffundant: vix enim fieri potest, ut immensas camporum bene, ut par est, excultetur. Et hinc potissimum contriſse arbitror, ut multe religiones à primæ vilitati paritate, & monastice discipline observantia infelicitèr ceciderint. Porro immoderatum hunc affectum sibi propagandi ut compingerent sacri Canones, Concilia, & Apostolica Constitutiones, providè sanxerunt, ut is tantum numerus in singulis monasteriis constitueretur, & in posterum conservetur, qui vel ex redditibus propriis monasteriorum, vel ex conductibus elemosinis commodè possit sustentari, ut in cap. 1. & 3. *infra*, de *instit.* in c. *Unus*, 5. *Sancti de stat. regul. lib. 6.* & in Concilio Tridentino c. 3. *sest.* 25. de *regal.* Neve Superioribus Ordinum licet nova loca acquirere sine consensu Ordinarii, & Sedis Apostolicæ licentia, ut in c. *Unico*, de *excess. Prælat. lib. 6.* & in d. c. 3. in *fine*, *sest.* 25. de *regal.* & in decretis hac de re editis. Ingentem quoque religionum Mendicantium numerum reduxit Concilium Lugdunense sub Gregorio X. ut in c. *Unico*, de *reg. domib.* *lib. 6.* Cum tamen ab eo tempore usque adeo excreverint, ut à multis piis viris Apostolicæ Sedis privilegio hac in re delideretur.

16 Postremò ex hac littera arguit Hostien. n. 17. & gl. in c. *Tales*, *in ver. Multos*, 23. *distin.* contra eos, qui pretiosum tempus conterunt in allegationibus se multis dilatantes, ut in c. *Non medicus*, de *consecr. dist.* 3. & c. *Offi.* & *proci.* 24. *q. 1.* non enim multis opus est, sed efficacibus, ut ait Seneca ad *Lucil.* Epist. 38. Ideoque doctis, & cordatis viris naualeam movet tot Authorum præsertim nullas nominis, aut ponderis, ineptæ congeries.

17 Hoc tamen limita dupliciter secundum Hostien. *num. 17.* Primò scilicet, ut non procedat in compilatione librorum, ut patet in eo, quod legitur, & notatur in cap. *Ad liberandum*, *infra*, de *Judic.* in parte decisa cum suis concordant. & in c. *Unico*, in *primo responsio*, *infra*, de *Sacramen. Uniq.*

Deinde limita ut non procedat in legibus, & in glolis, quas non debemus, cum ibi sint multa difficulta, multa latentia, & obscura, plurum-

rumque tamen utilia, aut etiam necessaria perfunctoriè pertransire. Aliquando enim vidimus aliquam legem negligi, per quam postea questionem difficilem cognovimus terminari: & secundum Aristot. 3. *Physic.* c. 1. de singulis dubitate non est inutile. De quo per eundem Hostien. in c. 1. *§. fin.* *super ver. Brevis*, *infra*, de *Sacramen. iteran.* & per Jo. Andr. in c. *Ex multa*, *num. 2.* de *Voto.*

Ultimò nota rationem, cur assumendi ad regimen animarum subjicendi sint examini, videlicet quia sunt duces aliorum, ideoque illuminati esse debent, ut alios præluceant. Ignorantia autem est cæcitas intellectus, unde si cæcus cæcum ducit, ambo in foveam dilabuntur. *Matth.* 23. & *Lucæ* 6. & hic in littera, & in cap. *Que ipsi*, 38. *distin.* & facit ad titulum de qualitate præficiendum.

18 Hodie in assumendis ad regimen parochialium Ecclesiarum novam formam examinis per concursum præscripti Sancta Tridentina Synodus in cap. 18. *sest.* 24.

Statuit enim primò, ut examen hujusmodi servari debeat in omnibus parochialibus, etiam si cura Ecclesiæ, vel Episcopo incumbere dicatur, & per unum, vel plures administraretur, per obitum, vel resignationem vacantibus, etiam si reservata, vel affecta fuerint. Secundo statuit, ut cum parochialis Ecclesiæ vacatio contigerit, Episcopus, & qui jus patronatus habet, intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum (quod hodie est limitatum ad alios decem dies ex Constitutione Pii V. In conferendis) idoneos aliquot Clericos coram deputandis examinatores nominet. Liberum sit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre. Quod si Episcopo, aut Synodo provinciali videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur qui volent examinari. Tertiò statuit, ut transacto constituto tempore omnes descripti examinentur ab Episcopo, live eo impedito, ab ejus Vicario generali, atque ab aliis examinatores non paucioribus quam tribus, quorum votis si pars, aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus, vel Vicarius. Quarto præcipit, ut examinatores singulis annis in diecesana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur, & eorumdem qualitates præscribit, videlicet ut sint Magistri, seu Doctores, aut Licentiatii in Theologia, aut Jure Canonico, vel alii Clerici, qui videbuntur magis idonei. An autem alternativa, vel, hoc casu sit ordinis, vel electionis, dixit in cap. *Inter ceteras*, de *num.* 45. *signe in fine*, *suprà*, de *rescript.* Quintò jubet, ut examine peracto examinatores renuncient quos idoneos judicaverint, ex hisque Episcopus eligat digniores, eique, & non alteri per eum, ad quem spectat, collatio Ecclesiæ fiat. Sextò præscribit, quid observandum, si Parochiales juris patronatus Ecclesiastici, aut laicorum fuerint. Septimò statuit, ut examinatum relationem nulla devolutio, vel appellatio etiam ad Sedem Apostolicam impediatur, aut suspendatur, quo minus executionem habeat. An autem ex Concilio, ex Constitutione Pii V. Episcopus in concursu ita teneatur præeligere digniorem, ut alias liceat postposito appellare,

etiam si prius non constet de irrationabili Episcopi iudicio, scripti plene in c. *Sancte*, in *prima* 2. & 3. *quasi*, de *num.* 20. *signe in fine*, *suprà*, *ead.* Octavo in hujusmodi forma examinis jubet haberi rationem parochialium exigni creditus, vel locorum, ubi non sunt, qui velint e examini subjicere. Ulcimò tribuit facultatem Synodo provinciali, providendi circa examinationis formam si quid addendum, aut remittendum esse censuerit.

19 QUARO, An in dignitatibus, & Mansionariis, seu Hebdomadariis curam animarum habentibus in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis requiratur forma examinis per concursum à Concilio Tridentino præscripta in d. cap. 18. *sest.* 24.

Cum in Ecclesia Patavina, aliisque ejusdem diæcesis multa sint beneficia, quæ licet curam animarum habeant, tamen Parochiales non sunt, veluti quædam beneficia Mansionariæ nuncupata existentia in Collegiatis, quibus per hebdomadas animarum curam exercendi onus incumbit, vel dignitates, quæ caput Collegiæ existunt, ut Præpositura Montis Sclisicis, vel Cathedralis, quantum fuit à Sacra Congregatione Concilii, antalis beneficia per concursum conferri deberent servatà formâ, c. 18. *sest.* 24. Sacra Congregatio censuit, reclamante Cardinali Alciato, & subdabitate Cardinali Perusino examen concursus non requiri in Mansionariis Collegiatis Montis Sclisicis, & etiam Cathedralis Ecclesiæ Parmen. nec in dignitate Præposituræ Collegiæ Papiensis. Tamen Sanctissimo referendum bonum esse, ut Sanctitas Sua decernat, ut hujusmodi beneficia, quæ sunt curata, & ad collationem liberam inferiorum, aut Episcopi spectant, non possint conferri nisi prius examinatis, & approbatis ab Episcopo. Sanctitas Sua dixit amplius studendum, & deliberandum.

20 In Congregatione generali etsi dictum fuisset in summa Hebdomadariis, seu Mansionariis Ecclesiæ Parmen. Cathedralis, itemque Collegiæ Montis Sclisicis diæcesis Patavine, item Præposituram Collegiæ Papien. debere appellatione parochialium venire, ideoque in eis esse necessarium examen per concursum, quia in substantia omnes sunt parochiales, eadem cura animarum, idem finis, idem modus, eademque ratio Concilii d. cap. 18. & cum nullus sit canon qui dicat appellatione Parochialis non comprehendit Collegiatam, & Dignitatem, nisi cap. *Statutum*, de *elect.* in 6. Ergò regula est in contrarium & possunt duo tantum contra deduci. Unum d. cap. *Statutum*. Sed illud non obstat, quia procedit in materia penalit tantum, ut verba d. cap. expressè dicunt, & Jo. Andr. & aliterum asserunt esse textum illum non habere locum in materia favorabili, qualis est ista, prout etiam declaravit Pareus major Cancellarius Alterum *consl.* Oldradi 67. & *consl.* Anchar. 19. ex cap. *Cum non ignotes*, de *preben.* & c. *Statutum*. Sed nec illa obstat duplici ratione. Primò quia loquuntur in materia penalit & fundant se solum super d. cap. *Statutum*. Altera, quia verba illa Concilii, cura Ecclesiæ, vel Episcopo, & per unum, vel plures, posita sunt à Concilio ad tollendum *consl.* Oldradi & Anchar.

rani, ut Rota jam decidit; & in omnem casum in dignitate curata non fuisse dubium ex eisdem consilijs Oldradi, Ancharani, Cardin. consil. 30. ²² *Prob. e. super eo, de preben. in 6.* Nec obstat quod Concilium dicit, vacatio parochialis; sed uno Mansionario mortuo non vacat parochialis; quia cum Concilium dicat, per unum, vel plures, mortuo uno ex illis pluribus, habetur pro vacatione Ecclesie respectu loci vacantis in illa; Item non obstat quod alias Congregatio respondit in quibusdam beneficijs Carthagenis, quia factum fuit fundamentum quod in Archivo Ecclesie reperitum fuit in fundatione eorum beneficijs expressis cautum fuisse ut essent servitoria beneficia simplicia: Tamen ex eadem Cardinalibus, Gesualdo, & Alciato exceptis, & Columna nolente proferre sententiam, quia non studeat, omnes alij censuerunt in supradictis tribus casibus Papien. Patavin. nullum examen requiri per concursum ex Concilio dicit. *cap. 18.* & generaliter in omnibus Dignitatibus curam animarum habentibus in Cathedralibus & Collegiatis; itemque generaliter in omnibus Mansionariis, & Hebdomadariis curam animarum habentibus per plures alternis vicibus exerceri solitam in Cathedralibus, vel Collegiatis non esse necessarium aliquod examen per concursum ex d. *cap. 18.* illa precipue ratione, quia non datur vacatio Ecclesie; & d. *cap. 18.* non loquitur de Dignitatibus, nec expressit de Collegiatis, prout fecit alibi ubi voluit. ²³ Quid autem si in una Ecclesia parochiali essent duo, vel tres exerceentes curam animarum, neque esset simplex parochialis duobus, vel tribus curam animarum exercentibus, sed nec Collegiata; Quid idem si esset parochialis habens nomen Dignitatis, puta Archiepiscopatibus, Abbatibus, vel Praepositis, & non esset Collegiata; Congregatio nihil decidit de his casibus, licet aliud esse inclinaverit, & ita in illa Carthagenis. Beneficij, videtur Rota sensisse, & ita etiam salvari posse videtur decisio Rotae Gerunden. Hec tamen omnia referenda Sanctissimo, & nihilominus dicendum de examine faciendo saltem sine concursu.

²⁵ Sanctissimus licet ei visum sit d. c. Statutum, habere tantum locum in materia poenali; tamen doctrinam Ancharani visus est intelligere etiam in materia favorabili. Licet idem visus fuerit non satis probare illud argumentum quod Ecclesia non vacat mortuo uno, licet item visus fuerit bis inclinare in eam sententiam ut quando Dignitas habet curam animarum, & obtinens tenetur eam personaliter exercere, ut in illa Papien. requiritur concursus. Tamen postquam tandem audivit sententiam communem Congregationis praevisio studio, & discussione facta, illum approbavit etiam in Dignitatibus ea ratione, quia Concilium non fecit expressam mentionem Dignitatum. In Mansionariis autem, & Hebdomadariis innoxia est Sanctitas Sua illis rationibus Oldradi, & Ancharani, licet Concilium visum sit illis verbis, per unum, vel plures, illas sustulisse. Sic igitur statuit in Dignitatibus, & Mansionariis, seu Hebdomadariis habentibus curam animarum in Ecclesijs Cathedralibus vel Collegiatis non esse necessarium examen per concursum. Quid autem in Parochialibus,

quae non sunt in Cathedralibus; neque in Collegiatis, in quibus adsunt tres, vel quatuor exerceentes curam animarum alternis vicibus, prout videtur fuisse in casu Rotae, vel quia Parochiales habent simplex nomen Dignitatis, Abbatibus, Praepositis, quem casum Congregatio reliquit indicium: Sanctitas Sua dixit, ex quo de presenti non occurrat in facto tale dubium, debere Congregationem esse contentam decisione casuum Papien. Patavin. Si postea hic casus occurreret, tunc agendum. Et quia Rota illam decisionem fecit, & Patrus Major aliam; Sanctitas sua interrogata an admittendi essent, respondit nihil eis dicendum.

Congregatio generalis cum hac audivisset, mandavit ut significaretur hoc decretum ijs, quibus opus esset: & si casus eveniret de parochialibus non Collegiatis, neque in Cathedralibus tunc de integro agendum in Congregatione. Licet Patres unanimiter fesserint absque dubio faciendum examen per concursum.

²⁸ Secundo QUERO, praesupposito quod beneficium sit regulare, & quod in eo alias essent Prior, & Monachi Conventum, & Capitulum facientes, Dignitatemque habitum, & actu constituites; hodie tamen per desinentiam Monachorum desierit quidem esse dignitas actu, remanserit autem dignitas habitu, quia facile potest in actum transire quando Monachi revertantur: Et quod sit solum commendari clericis secularibus: An propter curam animarum illi imminentem subiaceat concursus iuxta formam, *cap. 18. sess. 24.* Concilii Tridentini.

Emerit haec disputatio in causa Tudertina Prioratus, in qua Rota 14. Junij 1593. coram Lieta, & 21. Aprilis 1595. coram Penia, in impressis. *decis. 187. & 188. part. 4. divers.* conclusit Prioratum habere curam animarum ab anno 1523. & esse dignitatem habitu tantum non actu, cum in eo Monachi jam dudum commemorari desierint. An vero huiusmodi Dignitas sit per concursum conferenda necne, sententiam S. Cong. exquiri debere.

In quo articulo est sacra Congregatio tempore Cardinalis Alciati declaraverit Dignitates curatas non esse conferendas praevisio concursu; & tamen in eam sententiam descendit, multis enim Patribus, quoniam & Sanctissimo contraria sententia magis probatur, ut patet ex dictis in praecedenti quaestione. Quod non ideo diximus ut Dignitas curata conferri non possit absque concursu; sed ut inde appareat huiusmodi decisionem non sine opinionum consensu editam strictè esse intelligendam, nec eo usque extendendam, ut sub ea comprehendantur dignitates, quae habitu tantum, & non actu sunt tales. Nam

²⁹ Dignitates curatae regulariter veniunt appellatione parochialium, ubi non versatur in materia poenali, ut clare colligitur ex c. *Statutum, de elect. lib. 6.* Nam ibi deciditur Dignitates curatas non comprehendi in c. Licet canon. & decisio fundatur in eo, quia cum constitutio illa de Parochialibus loquatur, & sit poenalis, restringi potius debet, quam laxari. Ergo inuit textus aliud juris esse si Constitutio sit favorabilis. Et ita ex illa Decretali colligit Joan. Andr. in *gloss. 1.* quem sequuntur Gemin. Anchar. Franc. & alij communiter,

Decretum autem Concilii in c. 18. *sess. 24.* cum non modo non sit poenale, sed potius favorabile, ut patet ex illis verbis proxiimis, expedit maxime animarum saluti, circumscripta declaratione Sacrae Congregationis, videri potuisset comprehendere etiam Dignitates habitu, & actu secundum theoriam Jo. Andr. Ergo fortius dicendum est includere eas Dignitates, quae habitu tantum tales existunt.

³⁰ Confirmatur, quia etiam si admitteremus Dignitates non comprehendi appellatione Parochialium, de hoc tamen alia ratio reddi non posset, nisi quia qualitas Dignitatis praeponderat qualitati cure, ut in specie notat Franc. in d. c. *Statutum.* Quae ratio procedit quidem in Dignitate, quae est talis habitu, & actu, sed cessat in ea, quae est Dignitas habitu tantum. Ideoque procul dubio debet venire appellatione parochialis. Nam alioquin sequeretur absurdum, ut cum concurrunt cura, & dignitas, & cura iuvenit habitu, & actu; plus ferret solam Dignitas habitu ad excludendum concursum, quam cura habitu, & actu ad illum includendum.

Accedit communis in hac materia Doctorum conclusio, quod quoties iura utuntur verbis de notantibus exercitium nunquam appellatione alicuius rei veniunt, quod habitu tantum, & non actu sit tale, & hoc modo procedunt dicta Doctorum limitantium illum textum in c. *Licet canon. de elect. lib. 6.* & in c. *De multa, de preben. secundum opinionem Holtien. & Joan. Andr.* quam ibi Doctores sequuntur, & post Butr. tradit *Barbat. cons. 17. col. 4. lib. 1.* Sed textus in d. c. *Statutum*, dum decedit appellatione parochialis non venire dignitatem, utitur verbis significatibus exercitium, ibi *[Assumptis ad eorum regimen.]* Ergo ea dispositio intelligitur de Dignitatibus habitu, & actu, & consequenter quae sunt dignitates habitu tantum non includuntur appellatione parochialium.

Idque multo magis est dicendum, quia cum huiusmodi Ecclesiae regulares, quae prius habebant Collegia, & postea commendata a Sede Apostolica ceperunt, nunquam consueverint redire ad suum statum primitivum, nec Collegium recuperare, sed semper Summi Pontifices tales Ecclesias semel commendatas cessante commendatarius in Collegio consideratum in praedicta Decretali, statutum post commendam non solum non adire re, & actu, sed nec etiam spe: nam quae pendunt a voluntate Principis, & concedi non consueverunt, reputantur impossibilia. *Apud Julianum, alias incipit, Africanus, §. fin. Et ibi Bart. num. 2. & Jasp. post Alexan. & alios, num. 13. ff. De legat. 1. §. fin. in l. Continuas, §. Cum quis, in ver. Relicta, ff. De verborum obligat.* Cum autem exercitium non subest re, nec spe, nunquam comprehenditur in lege conjunctionem respiciente habitum, & actum, ut per Gemin. qui multis distinctionibus hanc materiam explicavit in d. c. *Licet canon. col. 3. vers. Tertio casu.*

³¹ Praeterea Dignitatem Curatam habitu tantum non esse de his, quae speciali nota dignae censentur, & non veniunt in generali legis dispositione, quando actus est iuratus auctoritate

Superioris, tradit glossa in d. *cap. Statutum, in ver. Collegiata,* ubi quaerens an illa Decretalis habeat locum, cum desit in Ecclesia esse Collegium, ita distinguit, videlicet, si Collegium desit ibi esse ob mortem Canonicorum, ita ut alii in eorum locum debeant substitui, Decretalis habeat locum, quia ob spem reversionis non videtur Collegium ibi desisse. Si autem destruat Collegium Superioris auctoritate, tunc non habeat locum, nimirum quia Collegium est substitutum re, & spe, & glossam Doctores communiter legi videntur, nam ita demum potentia attenditur, cum est facile reducibilis ad actum. Holtien. in *Summa de penit. & remiss. §. Cui.* Nos quidem versamur in secundo casu, non in primo, cum Collegium desierit esse non per mortem Canonicorum, sed per commendam Papae, qui illud nec restituit, nec restitutus praesumitur. Ideoque huiusmodi Dignitas non comprehenditur in d. *cap. Statutum*, sed venit appellatione parochialis. Nec potest dici nos versari in primo casu glossae, cum Collegium desierit morte Regularium, non per commendam Papae, & commendam non sit incompatibilis cum Collegio, cum saepe videamus monasteria Conventum habentia commendari: nam responderetur cum in casu nostro a tempore Commendae conventus desierit esse in monasterio, & nunquam tot analis sit restitutus; inde videtur quodammodo inferri posse ad mutationem status longiori tempore, quam annorum quadraginta, iuxta textum in c. *Cum de beneficio, de preben. in 6.* de quo tamen inferius dicemus. Et sic non sumus in primo casu glossae, in quo Collegium desierat per mortem, & alii sunt restituenti; & sic in uno etiam Collegium remanebat, ut ibidem per glossam ex *cap. Gratium, de postul. Praelat. & l. Sicut, §. fin. ff. Quod cuiusque universi. non.*

³⁵ Sic etiam videmus parochialem habitu tantum curatam, quae actu desit habere Parochianos, non venire appellatione beneficii Curati, nec includi in dispositione c. *De multa, de preben. ut adversus Specul. & Cardin. tradiderunt glossa in d. *cap. Licet canon.* Holtien. Joan. Andr. & Abb. in d. c. *De multa.* & in c. *Quia nonnulli, de Cler. non residen. Staphil. in tract. de qualitat. & stat. benef. num. 22.* Jo. de Selve in *tract. de benef. in 3. part. num. 42.* Capta ex communis regul. 9. num. 74.*

³⁷ Ceterum ex alio capite dicendum est hoc casum non requiri formam examinis per concursum, nempe quia versamur in Prioratu regulari, ac propterea non est locus decreto Concilii in d. c. 18. *sess. 24.* ut alias Sacra Congregatio respondit. De monasteriis enim, ac domibus regularibus, quibus cura animarum imminet personarum secularium, Concilium specialiter disposuit in c. 11. *sess. 25. de regular.* & de monasteriis commendatis in *cap. 21. eiusdem sess.* Neque obstat, quod hic Prioratus commendari consueverit Clericis secularibus, & quod commendae nostrae temporis redactae sint ad iustitiam titularum. Sarmen. in *reg. de infirm. quast. 13.* Nam responderetur non propterea Prioratum desisse esse regularem, quia commendam etiam perpetua non mutat statum beneficii. *Cassad. decis. 1. num. 2. de privileg. Put. decis. 25. lib. 1. & Sarmen. loco citato. Qui-*

bus accedit quod Concilium in d. cap. 18. loquitur de Parochialibus, qua conferuntur, ut patet ibi, atque ipsi, & non alteri collatio ecclesie fiat, ac proinde non habet locum in hoc prioratu, qui non conferitur, sed commendatur. Item Concilium loquitur de parochialibus vacantibus, ut patet, ibi, (Statuit S. Synodus ut si parochialis ecclesie vacatio per obitum, vel resignationem etiam in curia, vel alias quomodocumque contigerit, &c.) Et infra ibi, (Debeat Episcopus statim habita notitia vacationis ecclesie, &c.) At ex declaratione Cancellarie beneficia etiam perpetuo commendata verè, & propriè non vacant; unde nunquam dat litteras per obitum commendatarii, sed cessante commenda, ut refert Mandos. in reg. 32. de impetr. benef. vacan. per obit. familiar. Cardin. qu. 7. in fine. Præsertim verò quia cum Concilium voluit hujusmodi commendas comprehendere, de illis specialiter meminit, ut patet in cap. 8. sess. 21. in cap. 17. sess. 24. & alibi. Quod cum non fecerit in d. c. 18. ceteri debent eas non habuisse comprehendere, ut in similibus terminis arguit idem Mandos. d. q. 7. num. 15. vers. Secundo argumento. (Quia inquit, quando Summus Pontifex voluit regulam aliquam comprehendere commendas, seu vacationes per cessationes commendatum, id claris, & propriis verbis expressit, prout in illa de inferioribus, ita ut idem verisimiliter fecisset, si de commendis, seu de earum cessationibus scripsisset.)

Non obstat quod in beneficiis regularibus idè concursus non requiratur, quia cum religiosi sint obedientiarum, non possunt inter eos habere locum que præscribuntur à Concilio in d. cap. 18. Et quod hæc ratio impedimenti cesset in commendatariis, qui sunt Clerici seculares, ut perpendit Rota in decisione coram Cardinali Mellino.

Nam respondetur hanc rationem impedimenti cessantem infirmam esse, quia cum status hujus Prioratus ab initio fuerit regularis, nec fuerit postea alteratus per commendam, attendi debet illius primordialis natura. Gemin. cons. 8. nu. 8. & Sarnen. ubi supra. Et quemadmodum si iterum ibi redintegraretur Collegium Monachorum, Prior non esset eligendus prævio concursu secundum declarationem S. Congregationis; ita nec Commendatarius secularis, cum jura omnia, que de Monachis loquuntur, habeant locum in his Commendatariis. Philipp. Prob. ad Monac. in c. Nemo, num. 11. & 23. de elect. lib. 6. Rebuff. in tit. de non promot. num. 32. & in rubr. de pacific. possess. num. 36. & 42. Sarnen. loc. cit. & in reg. de Idionate, q. 1. n. 6.

Demum S. Congregatio aliàs consultata an in beneficiis regularibus curam animarum habentibus commendari solitis requiratur concursus juxta formam cap. 18. sess. 24. respondit non requiri. Die 3. Augusti 1600. Ad dubium Rotæ superius propositum S. Congregatio respondit hujusmodi Prioratum utpotè regularem quamvis in commendam concedi consueverit, nequam subiacere concursui. Quam Congregationis sententiam Sanctissimus ad se relatum approbavit. De hac articulo scripsi plenius in c. Canon ad naturam, à numero 23. usque in fine supra de elect.

41 Tertiò QUÆRO, Cùm decreto Concilii

Tridentini in eodem. cap. 18. sess. 24. inter cætera caveatur Episcopus, & qui jus patronatus habeat intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præferendum idoneos aliquot Clericos ad regendam ecclesiam coram deputandis examinatorebus nominet: An terminus ille decem dierum sit computandus à die habite notitiæ vacationis ecclesie, itaut Episcopus post habitam hujusmodi notitiam teneatur Clericos nominare, vel edicta proponere infra decem dies pro concursu peragendo; an verò hoc spatium decem dierum censeatur à Concilio præfixum concurrere volentibus, itaut possit quidem Episcopus infra semestrem, vel quadrimestrem juxta Constitutionem Pij V. quæ incipit, In conferendis quando-cumque præferere tempus decem dierum, sed qui voluit se examini subijcere non admittantur nomina nisi eorum detulerint infra præfixum terminum.

Videtur respondendum hujusmodi terminum non esse computandum à die habite notitiæ vacationis ecclesie, sed liberum esse Episcopo quando-cumque decem dies præferere volentibus concurrere, dummodo id faciat infra semestrem, vel quadrimestrem: nam cum Episcopus ex decreto Lateranensis Concilii habeat semestrem spatium ad conferendum, ut in cap. 2. de concess. præben. & ex Constitutione Pij V. possit differre electionem magis idonei usque ad sex menses si parochialis in suo mense vacaverit, & usque ad quatuor si vacaverit in mense Sedis Apostolicæ reservato, frustratorium fuisset illum arctare ad præfixionem termini decem dierum statim post habitam notitiam vacationis ecclesie. Quinimò nec utilis fuisset hæc provisio, quia multoties potest non expedire, ut edicta concursus illicd proponantur, veluti si Episcopus absit, vel alias sit impeditus, si aliquis Sacerdos sit expectandus qui ad regendam ecclesiam sit magis idoneus, vel quid simile contingat. Unde verisimilius est ut Concilium voluerit esse in arbitrio Episcopi præferere quando-cumque tempus decem dierum concurrere volentibus; ipsis autem concurrentibus idè hunc terminum præfixisse, ne examen invito Episcopo diutius protraheretur si liberum esset unicuique se quando-cumque examini subijcere.

43 Qui tanè intellectus magis etiam suadet ex verbis ipsius. cap. 18. nam paulò ante dum Concilium agit de Congrua Vicario assignanda, utitur illis verbis, (Debeat Episcopus statim habita notitia vacationis Ecclesie idoneum in ea Vicarium constituere.) At verò cum postea immediatè agit de termino dictorum decem dierum, non exprimit amplius verba illa; habita notitia

44 vacationis Ecclesie, imò utitur dictione, Porro, quæ potius est diversificativa præcedentium, cap. Quoniam, §. Porro, ut lit. non concess. c. fin. §. fin. de statu regul. lib. 6. leg. 1. §. 1. ff. si quis à Paren. fuer. manumiss. Quod est signum in secundo casu terminum decem dierum non currere à die sciencie vacationis Ecclesie, sed esse assignandum arbitrio Episcopi, arg. leg. unica, §. Sin autem ad deservientis, vers. Sed & varietas ratio, c. de caduc. tollen. Deinde hæc termini præfixio non videtur inducitur à Concilio nisi ad effectum nominandi Clericos ad regendam Ecclesiam idoneos, & ad deservenda nomi-

na aliorum concurrere volentium, non autem ad finem accelerandi Episcopum ad edictorum propositionem, ut indicant verba d. cap. 18. ibi Episcopus infra decem dies, &c. idoneos aliquot Clericos nominet, sursum ibi, Librum sit tamen alijs, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre, & ibi, Transactio constituto tempore omnes qui descripti fuerint, examinentur.

Ex quibus patet hunc terminum pro descriptione concurrentium tantum Episcopo præfixum fuisse. Quod manifestius colligitur ex prædicta Constitutione Pij V. quæ in hunc sensum accepit Concilii decretum, ut patet ex illis verbis, Prohibentes ne decem dies ad nominandum præfixos audeant prorogare, &c.

45 Ad eundem si Concilium voluisset terminum decem dierum currere ipso jure à die habite notitiæ, non possit postea illam in arbitrio Episcopi, ut fecit per illa verba, infra decem dies vel aliud tempus ab Episcopo præferendum, quæ sunt verba facti hominis ministerium requiruntia, Alciati. parerg. lib. 1. cap. 18. Paris. consil. 33. num. 6. vel 4. Dec. consil. 640. num. 6. & optime declarat Felu. in cap. Ludolphus, num. 34. vers. Considera, de rescript. implicat enim terminum currere ipso jure, & esse assignandum ab Episcopo, cum factum hominis tollat provisionem legis, l. Quamvis, la secunda, ff. De acquit. heredit. glof. magna in l. 2. & ibi per Cyn. & Hart. c. De vir. Emphyteut.

Itaque secundu verum Concilii intellectum videtur posse Episcopus infra quatuor menses. Si parochialis vacaverit in mense reservato, si minus infra sex quando-cumque proponere edicta concursus, vel Clericos nominare ad regendam Ecclesiam idoneos, dummodo in edictis, vel Clericorum nominatione præfixat terminum decem dierum: con. ut in tribus ab sua nomina deservenda, vel deservenda, & postea hunc terminum non prorogare ultra alios decem dies; hoc enim casu magis constituitur Ecclesie, Episcopo, & concurrentibus. Quibus etiam accedit universalis Episcoporum observantia, quæ plurimum valet ad Concilii interpretationem, cap. Cambi. lectus, de consuet. glof. in cap. Cæterum, in ver. Alibi, & testis cogens. glof. in cap. Nonnulli, in ver. Ultra idus, de rescript. Et hæc sententiam probavit

48 Sacra Congregatio. Porro cum Episcopus Monis Regalis publicasset concursum, & statuisse terminum decem dierum concurrentibus, intra quem terminum habitus fuit concursus, quævisque esset an propterea sit nullus concursus intra dictum terminum habitus: Die secunda Augusti 1607. S. Congregatio censuit examen factum intra terminum dictorum decem dierum non esse nullum, si nemo post examen comparuit, qui se letum propterea prætendat.

49 Rursus vacante Parochiali Ecclesia S. Margaritæ Placentine provincie Bononiensis politis edictis concursus à die dierum, in ultima die nempe decima, duo ex descriptis fuerunt examinati, alij vero omnes post lapsum dicti termini: Et cū fuerit confirmatum propterea concursus sit nullus: die tertia Julii 1607. responsum est, tamen duo examinati sunt durante termino, si tamen reliqui ante ex fuerint postea examinati, ita ut transactio constituto tempore ante renunciationem

examinatorum, & electionem Episcopi nullus remanserit non examinatus ex descriptis, satisfactum esse forme Concilii, & concursum ex hoc capite non esse nullum.

50 Quartò QUÆRO, an in concursu Parochialis Ecclesie à reprobatione examinatorum Synodali liceat appellare, & ad novum examen provocare, sicut à Rota ad S. Congregationem Concilii transmissum hoc dubium, videlicet, Præsupposita Bulla Pij V. super provisionibus Parochialium; & quod vacante Parochiali Firmans, de qua agitur, & postus ab Ordinario edictis, Nicolaus Morctus, & Galeatus Recchia fuerint ab Examinatoribus deputatis in Synodo Episcopali examinati, quorum quatuor approbarunt Nicolaum, & quinque Galeatum; & quod Ordinarius dictam Parochialem Galeatio contulerit, qui illius possessionem adeptus fuit, appellatione infra legitima tempora Nicolai ab irrationabili judicio examinatorum, & à provisione Ordinarii interposita coram quibusdam Canonis Maceratesibus; & quod de mandato Dominorum idem Galeatus fuerit ab Examinatoribus Urbis non tamen in concursu examinatus, & approbatus: An hodie Nicolaus possit provocare Galeatum ad novum examen, & interim sit revocandum sequestrum appositum super parochiali, quia Galeatus nolebat se examini subijcere.

Pro solatione questionis satis erit referre discursum manu Cardinalis Alciati exaratum, qui est hujusmodi, videlicet. (Tota questio est, an novum examen sit cum concursu faciendum, vel sine. Ita dubium Rotæ, prout utraque pars concorditer attulit, & huc tendunt allegationes utriusque partis. An verò poterit, vel non poterit appellare, neque Rota dubitat, neque partes principaliter controvertunt, licet aliqua alleget Galeatus ad subvertendum examen per concursum. Sed quod jure poterit appellare, quia Nicolaus voluit improbare judicium examinatorum, prout in instrumento appellationis, & tunc clarum quod poterit appellare ex verbis claris Concilii, d. cap. 18. vers. In omnibus supradictis casibus, ibi, Examinatorum relationem appellatio, &c. Non obstante cap. Constitutio, de appellat., quod Concilium in hoc correxit, quia voluit magis idoneum. At voluit improbare judicium Episcopi. Quod patet ex instrumento appellationis ibi, De dicta collatione, & ita Rota factetur, quod appellavit à judicio Episcopi. Et tunc poterit appellare non ex Concilio, quod id non permisisset, sed ex Bulla Pij V. vers. Postquam qui re-jecti fuerint. Et ita appellatio admissa fuit, & per Signaturam commissa Rotæ, & de ea Rota non dubitat, sed de concursu. Rota non consensit propter concursum. Ideo respondendum ad interrogata. Igitur concludendum quod Nicolaus poterit appellare, & à judicio examinatorum, & à judicio Episcopi, prout appellavit. Et cum ab Episcopo appellaverit, inter Bulla Pij V. quæ vult examen per concursum. Locum ad Bullam respondetur, quod habet locum quando Episcopus minus habilem possibit magis idoneis elegerit. Sed in isto casu videtur Episcopus elegerit magis idoneum, ex quo elegerit eum, qui quævis vota habeat posthabito eo qui

72. quitantum quatuor habuit. Sed ad hoc respondetur quod quis sit magis idoneus, vel non, non iudicant examinatores, sed solus Episcopus, ut se habent verba clara Concilij d. cap. 18. vers. *Per se ibi*, Quotquot ab his idonei, ponderanda est dictio, *idonei*, non dicit, magis idonei, sed quod ad eos tantum spectat iudicare idoneos, & eatenus eorum suffragia spectanda sunt, quatenus demonstrari possit idoneitas eorum. Et ita licet Galatius habeat quinque vota, & Nicolaus quatuor, tamen non potest negari quin & Nicolaus idoneus reputatus sit ab examinatis, quia habet majorem partem votorum, scilicet quatuor ex sex votis. Quis autem magis idoneus sit, non spectat hoc ad Examinatores, sed ad Episcopum, dicto cap. 18. vers. *Ex his que Episcopus quem magis idoneum*. Sicque an magis idoneus solus Episcopi videre est, nec major idoneitas argui potest ex majori numero suffragiorum Examinatorum, cum ad eos id non spectet. Unde cum Episcopus iudicaverit, ipse, qui ab Episcopo rejectus est, tamquam minus idoneus potest appellare, & iudex appellationis definit quis sit magis idoneus.

53. Causa in S. Congregatione bis proposita cum dubitaretur an deferendum esset appellationi, licet Rota de hoc non dubitaret, duae sententiae Congregationis fuerunt. Altera quod deferendum esset, quia appellatio est a collatione Episcopi ad similitudinem relationem ei per examinatos factam; & sic ab utroque appellavit, & iudicio Examinatorum, & a mala electione Episcopi. Quantum ad iudicium Examinatorum videtur potuisse appellare, quia nullo iure prohibetur appellatio, & Concilium eam admittit d. cap. 18. ubi inquit, Examinatorum relationem quominus executionem habeat nulla devolutio, aut appellatio impediatur, aut suspendatur. Sicque permittit appellationem, quae non suspendat, sed devolvat, & devolutio illa non impedit executionem. Et ita semper Congregatio credit licere appellare a iudicio Examinatorum propter illa verba. Quo autem ad appellationem a collatione Episcopi, intrat Bulla Pij V. quae permittit claris verbis appellationem, quae devolvit, & mandat fieri novum examen. Altera tunc opinio, quod imò non sit locus appellationi isto casu neque ex Concilio, neque ex Bulla Pij V. Ex Concilio, quia non dicit expresse quod liceat appellare, sed quod appellatio non impedit. Ad Bullam Pij V. respondetur quod non procedit quando Episcopus eligit cum, qui ab examinatis pro magis idoneo approbatus est, ponderando illa verba, *magis idoneis reperitis*. Sed respondetur dupliciter. Primum, illud iudicium, quis sit magis idoneus, Concilium dedit Episcopo, non Examinatoribus, quia illa verba, *magis idoneis reperitis*, reguntur a verbo, *conferantur*, & hoc pendet ab eventu coram iudice appellationis, qui novo examine pronuntiabit magis idoneum. Secundum quia illa verba, *magis idoneis reperitis*, intelliguntur de his, qui magis idonei reperti fuerint, etiam ex examine subsequenti. Sed postea relato decreto in quadam causa Interamnen, facto a Sac. Congregatione, quod in fortioribus terminis probat a iudicio Examinatorum etiam quod absolute quum reproberentur, posse appellari,

& ad novum examen provocari; item a prelectione Episcopi, qui sequitur iudicium Examinatorum unam magis idoneum praeferat, posse per eum, qui repulsi sit absolute appellari, & ad novum examen provocari, ita Congregatio generalis re diligentissime pensata censuit.

54. Quinto QUERO. An, & quando expiret Examinatorum Synodaliu auctoritas; & an Episcopus in locum demortuorum possit alios extra Synodum substituire.

Solutio. Si quidem Episcopus sit intra annum, quo Synodum tenetur celebrare, & Examinatores in ultima Synodo deputati omnes obierint; ex decreto Clementis VIII. hac de re edito ex antiquis Examinatoribus Synodalibus, si fuerint, subrogatos non pauciores numero sex; quod si non exstant Examinatores Synodales antiqui, qui ad hunc numerum ascendunt, tunc Episcopus eligit illos qui fuerint, & alios suppleat de novo, approbatos tamen a Capitulo, usque ad numerum praedicti supplementum. Verum si nulli ex antiquis superstitibus fuerint, tunc Episcopus omnes novos Examinatores; qui a Capitulo approbati sunt, non pauciores dicto numero sex substituat, ex quibus Episcopus debet tres eligere pro concursibus perhincendis. Verum elapso in no, quo Episcopus tenetur Synodum Congregare, S. Congregatio censuit si ex Examinatoribus in ultima Synodo deputatis aliqui fuerint defuncti, ceterorum officium expirare, atque eos, qui superstant, pro legitime amplius non haberi, neque ad examen promovendorum ad Parochiales ecclesias adhibendos esse; idque etiam si ex Examinatoribus unustantum obierit.

Porro tamen in quolibet concursu sufficientes tres Examinatores Synodales ex precepto Concilij Tridentini d. cap. 18. §. *Transacto*, vers. *Nonnullis*, quam tribus, sess. 24. nihilominus qui potest contingere, ut aliqui ex eis in illo concursu ex aliqua causa sit suspensus, aut non usque iaque idoneus, & ex culpa, & negligentia Episcopi, qui Synodum diluit celebrare, factum est, ut non extet integer numerus sex Examinatorum a Concilio praehinitus merito elapso anno executionis S. Congregationis cessat officium, & auctoritas ceterorum superstitum.

55. Ad haec S. Congregatio consulta ab Episcopo Carthaginensi, an concursus, & examen praeparochialibus providendis factum a tribus, vel quatuor Examinatoribus Synodalibus una cum illis tribus, vel quatuor ab Ordinario tamen deputatis, sit contra formam Trident. Concilij & provisiones Parochialium sic ab eo ordinario factum nullae, & Sedi Apostolicae reservatae; respondit esse contra formam a Trident. Concilio praetripam, nulliusque esse momenti, & collationem ad Sedem Apostolicam vigore Constitutionis Pij V. esse devolutam.

DE SACRA Vnctione.

Cap. Cum venisset.

S Y M M A R I V M.

1. **E**cclesia Graeca in ordinationibus, & consecrationibus servare debet unctiones, quas servat Ecclesia Romana. Episcopus cui consecratur, inungitur Chrismate in capite, & manibus, quod si fuerit omissum per tres Episcopos est suppletum ibidem.
2. Vnctio exterior, & interior an congrue hic describantur, & an interior unctio sit gratia, vel character sacramentalis. Annus Codex sit Mendosus, & quoniam modo restitendus ex manuscripto Bibliothecae Vaticanae.
3. Ordo Presbyteratus an ita requirat porrectionem calicis cum vino, & Patena cum hostia, ut si vinum desit, character non imprimatur, & num. seqq. usque in finem.
4. Calicis, & patena traditio ex sententia antiquorum Canonistarum non est de essentia ordinis Sacerdotatus.
5. Ordinationis, & consecrationis substantia qua sunt.
6. Ordinationis, si quid ex substantiis fuerit praetermissum, ex integro est iteranda, ac si nihil esset actum, & num. 50. & seqq.
7. Ordinationis, si aliquid de solemnitate praetermissum fuerit, non iteratur, sed caute suppletur omissum, & qua sint de solemnitate.
8. Missa, & jejunium ordinantis, & ordinandi an sint de substantia ordinis, vel de solemnitate tantum.
9. In ordinatione si levia fuerint praetermissa, suppleri possunt ad cautelam. Et qua dicantur levia.
10. Canonistarum sententia, quod calicis, & patena traditio non sit de substantia ordinis Presbyteratus, quibus fundamenta nitatur.
11. Character in sacramento Confirmationis imprimatur in ipsa unctio.
12. Vestimenta sacra non debent contrahari nisi a sacerdotibus hominibus, nec semel consecrata iterum consecrantur.
13. Et relici possunt solo, seu panis non sacro.
14. Character idem in sacramento ordinis iterari non potest, & cur.
15. Acolytho an imprimatur character in acceptione candlelabri, an vero ut colli. & num. 63.
16. Diaconi in primitiva Ecclesia fuerunt ordinati per manus impositionem absque traditione libri Evangeliorum. & num. 65.
17. Stephanus ab Apostolis fuit ordinatus Diaconus, & ministravit in altari Iacobo Apostolo.
18. Evangelium quibus temporibus scriptum fuerit ab Evangelistis.
19. Sacramenta omnia sunt ex Institutione Christi.
20. Ecclesia sicut non potest nova Sacramenta instituire, ita nec materiam, & formam Sacramentorum immutare.
21. Sacramenta sunt fundamenta Religionis.
22. Ritus, qui in Sacramentis sunt ex institutione Ecclesiae, non sunt de essentia, sed de solemnitate tantum.
23. Character ordinis potest anima insigi per Institutionem Ecclesiae ex sententia Canonistarum, Contrarium num. 67.
24. Anima sunt de jurisdictione Papa, & spiritualium Patrum.
25. Ecclesia Graeca a Latina discrepare non potest in essentialibus Sacramentorum.
26. Sacramentorum uniformitas pertinet ad unitatem fidei.
27. Graeci in ordinatione Sacerdotum an usantur porrectione calicis, & patena; an vero sola manuum impositione. num. 69. & 90. usque in finem.
28. Ordinum materiam Christus non instituit in particulari, sed generaliter, & indeterminata.
29. Ordinationis Presbyteri valida est si fiat per traditionem vasis cum altera specierum ex sententia Henrici Contrarium a num. 31. usque in finem. & praesertim, num. 76.
30. Species una sufficit ad essentiam sacrificij, Contrarium. num. 46.
31. Papa potest ex gravi causa dispensare ut in una specie tantum fiat consecratio. eod. num. 30.
32. Sacramenta omnia tribus perficiuntur, materia, forma, ministro.
33. Ordinatio materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo. Presbyteratus traditur per calicem cum vino, & patena cum pane porrectionem ibidem.
34. Characterem ordinis Presbyteratus non imprimi potest, si corrigatur calix sine vino, quibus fundamenta probetur usque ad num. 89.
35. Sacramentis, in quibus imprimitur character, illud est essentialiter in quo, sive per quod character imprimitur.
36. Materia in ordine ita est ex necessitate Sacramenti, ut sine illa irrita sit ordinatio.
37. Ordinatio cuiusque principalis actus est, secundum quem magis proxime ordinatur ad Eucharistiae Sacramentum.
38. Subdiaconi principalis actus est vasa Domini Corporis offerre.
39. Presbyteri principalis actus est ministrare Corpus, & Sanguinem Christi.
40. Character in quolibet ordine imprimitur per susceptionem illius signi exterioris, in quo principalis actus quem respicit ille ordo significatur.
41. Ordo quid sit.
42. Signi exterioris traditio requiritur ad essentiam ordinis.
43. Manus impositione non imprimitur character ordinis Presbyteratus, sed tantum confertur potestas ligandi, & solvendi. & num. 88.
44. Subdiaconatus materia est traditio calicis vacui, & patena vacua.
45. Materia debet esse distincta in Sacramento, in quibus est distincta forma.
46. Presbyteratus, & Subdiaconatus esse in Ecclesia ordines distinctos, est de fide.
47. Species una nullo casu potest sine alia ex intentione consecrari.
48. Materia in Sacramento debet significare principaliter rem contentam.
49. Significatio rei sacramentalis est de essentia Sacramenti, & habetur sufficienter per materiam eius.
50. Copula requirit concursum omnium copulatorum, &